







4. Specimen cod. Vaticani.

2. Specimen alterum codicis Cloziani.

3. E codice Cloziano.

1. Specimen cod. Cloziani.

5. Folium insertum cod. Parisini Assem.

6. Cod. Casanatensis a. 1368.

7. Cod. Casanatensis an. 1408.

8. Cod. Casanatensis sec. XII.

abecenarium bulgaricum

R.Gaupmann sc.

GLAGOLITA

CLOZIANUS

ID EST

CODICIS GLAGOLITICI INTER SUOS FACILE ANTIQUISSIMI,

OLIM,

DUM INTEGER ERAT VEGLAE IN THESAURO FRANGEPANIANO, HABITI PRO S. HIERONYMI BIBLIIS CROATICIS,

SUPPARISQUE AD MINIMUM EXARATO A ·MLVII· CYRILLIANO OSTROMIRI NOVOGRADENSIS,

ΛΕΙΨΑΝΟΝ FOLIORUM ·XII· MEMBRANEORUM, SERVATUM IN BIBLIOTHECA

ILL^MI COMITIS PARIDIS CLOZ TRIDENTINI.

LITTERIS TOTIDEM CYRILLICIS TRANSCRIPTUM, AMPLISSIMIS DE ALPHABETI GLAGOLITICI REMOTIORI ANTIQUITATE ET LITURGIA SLAVICA A. D. · DCCCLXX· PRIMUM COEPTA IN PANNONIA PROLEGOMENIS HISTORICIS ET PHILOLOGICIS, MONUMENTIS ITEM TRIBUS DIALECTI CARANTANICAE SECULI ·X· MONACHII REPERTIS, ITEMQUE SPECIMINIBUS SLAVICARUM CIS DANUBIUM DIALECTORUM AB A. ·MLVII·AD·MDCCCXXXV·; CALENDARIO SLAVICO A. ·MLVII· ALIISQUE INEDITIS; ADDITO GRAECO GLAGOLITAE INTERPRETIS ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΩΙ, LATINAQUE SLAVICORUM OMNIUM INTERPRETATIONE, LINGUAE DEMUM SLAVORUM UTRIUSQUE RITUS ECCLESIASTICAE BREVI GRAMMATICA ET LEXICO ILLUSTRATUM EDIDIT ET QUALEMCUMQUE HANC EDITIONEM SUO STUDIO ET PECULIO PROCURATAM HONORIS ET GRATI ANIMI CAUSA, QUOD IN QUINQUENNIUM TRACTANDUM EDENDUMQUE SIBI CODICEM CONCREDIDIT,

ILL^MO COMITI PARIDI CLOZ TRIDENTINO

FELICI CODICIS DOMINO

DEDICAVIT

Bartholomaeus Kopitar,

AUGUSTISSIMO AUSTRIAE IMPERATORI A BIBLIOTHECAE PALATINAE CUSTODIA.

S. Paulus apostolus ad Romanos XIV, 11:

ΚΑΙ ΠΑΣΑ ΓΛΩΣΣΑ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΕΤΑΙ ΤΩΙ ΘΕΩΙ.

ET OMNIS LINGUA CONFITEBITUR DEO.

ⰻ ⰲⱐⱄⱑⰽⱏ ⱗⰸⱏⰹⰽⱏ ⰻⱄⱂⱁⰲⱑⱄⱅⱐⱄⱔ ⰳⰱⰹ. Glagolita Clozianus.

и вьсѣкъ ѩзъıкъ исповѣстьса г҃би. Idem Glagolita Clozianus transcriptus cyrillice.

и҆ въсѣкь ѧ҆зыкь и҆сповѣстьсѧ б҃ви. Cod. Bibl. Caes. bulg. Dragomirn.

и въсáкь ѥ҆зыкь и҆сповѣстьсє б҃ви. Cod. Bibl. Caes. serb. chart. CI.

и всáкъ ѧ҆зыкъ и҆сповѣстьсѧ г҃би. Editio princeps, Ostrog. 1580.

и всѧкъ ѧзыкъ исповѣстсѧ б҃гови. Editio vulgata (1816).

CUM TABULIS AENEIS DUABUS.

VINDOBONAE,

PROSTAT APUD CAROLUM GEROLD BIBLIOPOLAM.

MDCCCXXXVI.



OPUSCULI CONSPECTUS.

1) Prolegomena.

2) Opus ipsum.

3) Epimetron.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

In Textu Codicis Cloziani p. 1—24.

Lin. 9. Pro постѫдитса lege постѫдитъса.
— 27. — пѣснь Codex habet пѣснъ.
— 69. — сьи lege сѫи. Sic et in Lexico p. 83: сѫй ὁ ὤν.
— 92. — оцемъ Codex habet оцемь.
— 99. — имѣти Codex habet ймѣти.
— 101. Inter -штерьмї et иже Codex habet punctum.
— 111. Col. 2. excidit titla in: аплоу.
— 138. Col. 2. excidit titla in: сти.
— 146. Pro отъ владъıкъ lege отъ владъıкъ.
— 176. Post оувѣмъ col. 2. dele comma.
— 200. Post въсхотѣ col. 2. dele comma.
— 203. Pro въсеи фїлософиї lege вьсеи фїлософиї.
— 227. Pro бъıваше lege бъıвааше, ex correctione.
— 236. Pro коуплѧ codex habet more suo коуплѫ.
— 240. Post прочїихъ abest punctum in Codice.
— 250. Pro накръви lege: и на кръви, ut est col. 2.
— 255. Col. 2. pro различъе lege: различье.
— 261. Col. 2. junge отъ-сѫдѫ.
— 270. Pro ею̑пта lege ею̑пта, sine titla.
— 305. Col. 2. junge забъи-ша; et lege створьшаго.
— 308. Col. 2. pro дѣтъли lege дѣтѣли.
— 309. Pro памѧтъ lege памѧть.
— 314. Lege: двьриї· и ізбѣгъ.
— 324. Col. 2. pro ѥгньцѧ lege ѥгньць.
— 341. Pro сѫтъ lege сѫть.
— 410. Post имъи Codex habet punctum.
— 416. Pro стоїаниери lege: стоıаи їереи.
— 420. Post свѧтитъ punctum habet Codex.
— 424. Pro дастъ lege даетъ.
— 437. Col. 2. junge ѥко-же.
— 441. Pro нехотѣ lege нехота.
— 471. Pro творити Codex habet творитї.
— 475. Post трапезѣ Codex habet punctum.
— 480. Pro ми изглагола Codex habet мї изглагола.
— 482. Pro распѧлъ lege распѧлъ.
— 520. Col. 1. excidit иное ante пра-.
— 524. Post реченое Codex habet duo puncta (:).
— 533. дш҃ѫ (*sic*), non дш҃ѧ quod expectes.
— 560. Divide -ми доброт҃ами.
— 562. Pro нѥбское Codex habet небское, ut est col. 2.
— 566. Pro пѣскомь съвѣ- lege пѣсъкомь съвазано.
— 576. Pro силнѣи Codex habet силнѣї.
— 595. Lege сънѣдь et прѣстѫпьнъıѧ.
— 604. бъи Codex habet бьи, diserte per ь!
— 605. Pro бесьмрьтье Codex habet бесъмрьтье.
— 618. Pro съмрьть Codex habet сьмрьть.
— 687. Pro свѣде- lege свѣдѣтельствоуетъ.
— 691. Pro съставниче lege съставьниче.
— 696. Pro простерь lege простеръ.
— 705. н҃бо lege ut est col. 2. нб҃о, (id est небо).
— 711. великъи Codex habet велїкъи.
— 714. Divide прьвѣе са.
— 730. гл҃еши Codex habet гл҃ешї.
— 732. Vocis г҃ь vocalis evanida: г҃ь an г҃ѣ (i. e. г҃ла)?
— 733. мрьтвьць Codex habet мрътвьць.
— 734. въздаемь lege въздаемъ.
— 735. Pro печате lege печатї.
— 736. Pro безоумниче lege безоумьниче.
— 747. бесъмрътью Codex habet бесьмрътью.
— 748. їзмрьтвѣнихъ Codex habet їзмрътвѣихъ.
— 754. Col. 2. pro сѫпаснеи lege сѫпаснеї.
— 766. млъвъи и гласи Codex habet млъвъи ї гласи.
— 767. Col. 2. pro бъıваѭшта lege бъıваѭшта.

Lin. 771. Pro говори col. 2. lege говори.
— 783. — съвѧзаша lege съвазаша.
— 785. — иноплеменникъи lege иноплеменникъи.
— 792. — елїко видимъ Codex habet елїко вїдїмъ.
— 794. — соугобо чл҃ко- lege соугобо чл҃ко-.
— 804. — плѣнникъи lege плѣнникъи.
— 819. — чс҃каа lege чс҃када.
— 835. — мимо Codex scribit мїмо. Sic et L. 836.
— 856. — приношахѫ Codex scribit прїношахѫ.
— 858. — ею̑пта lege еюпта sine titla.
— 877. Supra зь vocis розьство recentior manus adscripsit glagoliticum жд μονόγραμμον.
— 892. въвитьлемї Codex habet въ вїтьлемї.
— 904. по к҃ дьнь Codex habet по к҃· дьнъ.
— 923. вънидє Codex habet вьнидє.
— 931. праведъника Codex habet праведьнїка.
— 937. въистинѫ Codex habet въистїнѫ.
— 945. иосифъ Codex habet їосифъ.
— 953. йовї lege ис҃вї (id est исоусовї). Et mox ношѧтъ.

In Reliquis.

In Tab. I. Specimine 7 pro sec. 1493 lege: scr. A. 1493. Nec te turbabit praepostere citatus Tabularum ordo.
Pag. III, 2, 13: pro sesquiseculo, lege: semiseculum.
— XIII, 1, 1: dele: plus.
— XXX, 2, 13: pro: at, lege: ad.
— XXXI, 1, 1: pro nono, lege: novum.
— LI, 2, 5: pro тој lege тај.
— LVIII. 1. 4. Pro A. 1557 lege A. 1578.
— LXX. Carantanorum hodieque vigentibus in vocum ipsis *radicibus* ѫ pro aliarum dialectorum оу, adde similes his Zagrabiensium Infinitivi per ѫ *flexionibus* Carniolani Truberi A. 1550 archaismos in hozho (хочѫ) et verujo (вѣроуѭ), pro quibus tamen non solum Carnioli hodierni, sed et ipsi Truberi aequales Bohorizh et Dalmatin habent hozhem et vérujem. At durat adhuc o (ѫ) in reliqua declinat. Fem. et Verbi.
— LXXI, 2, 41: pro: inventum, lege: inventam.
— LXXIV, 2, 14: pro: substixit, lege: substitit.
— 50, 2, 6: pro: numerae, lege: numerare.
— 55. Dativo Sing. paradigmatis небо, pro небесоу lege небеси. Parad. III. Local. penes -и fac etiam in -е: имене, овчате, небесе; cf. Glagolitam L. 37 et 44. Dualis denique numeri Nom. Acc. et Voc. omnium Neutrorum paradigmatum pro -а corrige in -ѣ et -и; словѣ, лици, оученїи, именѣ, овчатѣ, небесѣ.
— 56. Paradigmatis кость Localem muta Instrumentali et vice versa, костиѭ postponendo τῷ кости.
— 60. Instrumentalem девятиѧ emenda in девятиѭ.
— 64. Pro: Quaedam in охъ etc. lege: Quaedam охъ (*sine*: in). Itemque post б): Usitatius постъши, поустъши adde: in libris Recentiorum minus correctis; nam verum поуштъши (i. e. поущьши) habes in ipso Glagolita.
— 65. De scriptione Adverbiorum оунѣ an оуне, тоунѣ an тоуне, dubius haereas; recentioribus коле, дале, лоуче τῷ е faventibus, at мьнѣ et aliis τῷ ѣ. Cf. Dobr. Institt. p. 417.
— 68. варѭ significat: elixo, coquo (non: frixo).
— 70. Ante въторицеѭ pone punctum.
— 71. Pro гѫсеница lege гѫсеница.
— 84. τοῦ сѧтъ 2. pers. potius esset сашн, quam саси, quippe verbi non ut даси etc. syncopati, sed integri ut est имамь, имаши, имать (иматъ).

PRAEFATIO.

I.

ACCIDIT IN PUNCTO, QUOD NON SPERATUR IN ANNO.

Hujus barbari versus expertus auctor ipse veritatem nonnisi grato animo testatur. Audi sis rem lector benevole. Attulerat nobis, Kal. Jun. 1830, melioris luti bibliopegus, Jos. Drexler, ex hereditate collegae, volumen membranarum, sextante quidem jam multatum a priore domino; quod nos, ad instar Tarquinii, eo dignius putabamus servari. Erat illud germanica lingua conscriptum vetustissimum comitatus Tirolensis urbarium (licebit enim librum redituum medii aevi suo nomine appellare); in cujus fronte adnotatum legitur: Sub Ill. principe, domino Meinhardo duce Karinthiae et comite Tirolis confectus est iste liber.

Posteaquam praeprimis tentaramus omnia ad recuperandos (si forte, jam quidem avulsi a codice, adhuc tamen salvi jacerent alicubi, sed heu nimis vere deperditos, quippe conscissos irreparabiliter in ligandorum librorum dorsa firmanda) extremos quaterniones, emimus aequo pretio reliquos Drexleri solertia feliciter servatos.

Cumque probe sciremus, quantopere Excellentissimus Di-Pauli a Treuheim, per Tirolim juri dicundo Caesareus Praesidens, et historiae patriae studiosissimus, de hoc tam insperato ἑρμαίῳ nobiscum esset gavisurus, nil habuimus antiquius, quam hanc Bibliothecae Caesareae bonam fortunam cum ipso communicare.

Sed ultus est vir summus illius officioli nostri importunitatem inexpectato plane, nobisque eo gratiore ἀντιδώρῳ, indicato nempe nobis codice slavico, quem docti Itali seculo VI. adscriberent.

Rogavimus ut saltim videndi codicis procuraret copiam. Persuasit ille, qua pollet apud omnes gratia et auctoritate, Ill. Comiti Paridi Cloz, Tridentino, cimelii domino, ut per autumni ferias visenti Urbem (Viennam) publico professori codicem concrederet, nobis ostendendum.

II.

STATUS CAUSAE GLAGOLITICAE ANTE INVENTUM CODICEM CLOZIANUM.

Quibus tum ego laetitiis incedebam, cum viderem glagoliticum, quem vocant, codicem si non antiquiorem, saltim aequalem vetustissimo cyrilliano Ostromiri Evangeliorum codici anni 1057!

Nam cum Illyrii quidem plerique semper manserint in vulgari opinione, alphabetum glagoliticum cyrilliano esse antiquius, non parum tamen labefactaverat apud mobilioris praesertim judicii homines hanc persuasionem κριτικώτατος b. m. Dobrovius bohemus, urgens et augens mille modis per sesquiseculum conceptam a se et in publicum emissam hac de re hypothesin, esse hoc totum alphabetum glagoliticum pia fraude excogitatum intra annos 1060—1222 a presbytero aliquo Slavo, aegre ferente sat inique ne dicam stolide damnatam a Concilio provinciali Spalatensi A. 1060 liturgiam cyrillianam, una cum ejus auctore Methodio graeco; adornasse eum ideo, lingua quidem eadem sed charactere de industria immutato (ne agnosceretur pro damnato), missam latini ritus: huncque suum foetum supposuisse S. Hieronymo ecclesiae doctori, nato Stridone Dalmatae, et mortuo A. Chr. 420.— Et successisse fraudem, non solum apud rei sponte cupidos populares, sed et ipsum ei summum Pontificem Innocentium IV. in tantum indulsisse, ut A. 1248 episcopo Seniensi „petitam licentiam, sacra peragendi lingua slavonica et litera speciali, quam haberent à S. Hieronymo, concederet iis in locis, ubi de consuetudine observarentur praemissae (lingua et litera specialis)." Ac primo quidem concedebat Dobrovius huic piae fraudis invento seculum XI, utpote cujus excogitandi, a concilio A. 1060 damnante Methodium haereticum una cum suis literis gothicis, sat urgens necessitas esset subnata. Sed jam tum (1780—1792) ducentos fere annos superaddebat, quippe pro antiquissimo hujus literaturae monimento accepto psalterio Nicolai presbyteri Arbensis A. 1222, quamvis Nicolaus ipse

expressis verbis testaretur, se illud descripsisse ex antiquiori Theodori ultimi Salonitani Archiepiscopi. Doctissimus Assemanus, cum Cyrillum seculi IX. exeuntis Graecum crederet certo certius auctorem literarum Slavicarum, neglecto hac de causa vero ultimo Salonitano A. 640 Theodoro, nec tamen ausus fraudis arguere Nicolaum, alium indicarat A. 880 — 890 Theodorum Spalatensem, qui, ut mos est, antiquae metropoleos Salonitanae, in cujus eversae dignitatem successerat Spalatensis, titulum retinuisset. At longe illo audacior Dobrovius, sine justa, ut nobis quidem videtur, causa, praecepto quod probandum erat, descriptum a Nicolao glagoliticis literis psalterium Theodori ἀρχέγραφον perhibuit scriptum fuisse cyrillianis! Ita ille in ultimis suis libris omnem et alphabeti et liturgiae glagoliticae inventionem ad sec. XIII — XIV. detrusit, cyrillianis quattuor ad minimum seculis posteriorem.

III.

CAUSA GLAGOLITICA IN INTEGRUM RESTITUITUR.

Nos autem in hac re primo desideramus solitam Dobrovii aequitatem, qui clericum Nicolaum, nil tale merentem, pro impostore habuerit, sine justa causa. Si enim pro sua cuique cupiditate liceat historiam detorquere, quid intactum manebit et integrum? Sed, quod plus est, ipse judex noster ὑπερκριτικὸς iniquae plane suspicionis convincitur, nostro praesertim nunc codice accedente ad Assemanianum et Parisinum, quorum nos hic in tab. I. accurata damus specimina. Quae, si cum glagoliticis codicibus conferantur sec. XIV (quos Dobrovius solos nôrat), fieri non potest, quin vel primo intuitu trecentis ad minimum annis antiquiores videantur omnibus qui talia intelligunt. Nam ut nil dicamus, Parisini codicis aetatem a Maurinis artis diplomaticae perfectoribus vel e literarum glagoliticarum latino charactere adscriptis denominationibus, sat recte potuisse judicari (quem quidem latinum characterem ipsi sec. IX — X tribuunt, nec alius quisquam infra XII. ausit detrudere): annon codicem Vaticanum, a Caramano, oculato teste, Suidae seculo, nempe XI, deputatum, frustra, ne dicam impudenter, ad sec. XIII. releget is, qui nec ipse viderit, nec aliunde possit arguere? Adde nunc Clozianum hunc denique codicem, quem nostra diligenti cura fideliter editum pro aequali antiquissimi A. 1057 Ostromiri ceterorumque supparium cyrillianorum codicum lubentes agnoscent ipsi eruditi Russiae philologi. Quid, quod in ipsis cyrillianis sec. XI. codicibus, quale habetur psalterium bulgaricum doctissimi Eugenii metropolitae Kieviensis, elegantissimae initiales literae glagoliticae apparent?

Stat ergo firma sententia: literas Slavorum glagoliticas, quoad aetatem, esse saltim aequales cyrillianarum. An sint etiam antiquiores (quod quidem, praeter ipsos Illyrios plerosque, ipsi Dobrovii populares Dobner, Durich et Alterus non sine ratione suspicabantur) nunc non est nostrum scrutari: sufficit non videri recentiores, nulloque modo rotundos, latinisque bonae aetatis simillimos nostri codicis characteres cum gothicae formae glagoliticis literis sec. XIV — XV, quales Dobrovius solas vidit, esse confundendos, nec quoad aetatem.

Quod praeterea objicit Dobrovius, esse glagoliticum alphabetum imperfectius cyrilliano; codices longe pauciores, eosque nonnisi recentes, et liturgicos tantum; ea omnia nunc, partim plenissimo et antiquissimo Cloziani codicis alphabeto, partim citatis ab ipso Dobrovio aliis quam liturgicis operibus, egregie confutantur. Ita, ut confidamus, ipsum Dobrovium, si viveret, a nobis fuisse staturum. Vix enim pro serio argumento habeas, quod longe plures, quam glagolitici, dentur codices cyrilliani. Quid ad aetatem faciat numerus, quid ad bonitatem? Facile nimirum erat novis cyrillianis literis per Daciae Sarmatiaeque patentissimos campos nullo obstante diffundi (nam juvenum ritu florent modo nata, vigentque), interea dum veteres glagoliticae, praeter hunc fratrem natu minorem et aemulum, etiam cum acerrimis simul et potentissimis latinae ecclesiae propugnatoribus, Germanis et Italis, impar nimis certamen sustinerent. Sed de his plura dicemus infra. Nunc ad codicem Clozianum propius accedamus.

IV.

DESCRIBITUR CODEX CLOZIANUS.

Obvolutus nobis tradebatur codex membranâ hanc prioris illius fortunae notitiam continente: „Isti quinterni, hic intus ligati, scripti fuerunt de manu propria S. Iheronimi, ecclesiae Dei doctoris acutissimi. Et sunt bibliae pars in ligwa (sic) Croatina scripta. Et mihi dono dedit D. Lucas de Reynaldis,

presbyter Veglensis dioeceseos, qui habuit a Magnifico Domino Johanne de Frangepanibus, domino insulae praefatae Vegliae, qui librum auro et argento ornatum pro reliquiis venerabatur. Et cum Venetiis mortuus, ac bona sua in praedam data ac distracta fuissent, etiam de hoc libro aurum et argentum amotum fuit, et pars libri praefato D. Lucae in manus venit, de qua michi Marquardo Breisacher militi, et tunc temporis Caesareo oratori, et pacis inter Illustrissimum Dominum Sigismundum Archiducem Austriae ex una, et Illustrissimum Venetiarum Dominium parcium (sic) ex altera confectori, illos inclusos duos quinternos pro speciali et grato munere dedit. Anno a Nativitate Domini M. CCCC."

Vides et hic, candide lector, communem opinionem de S. Hieronymo literaturae glagoliticae auctore; vides linguam Croatinam appellari; vides codicem longe pleniorem Vegliae olim, eumque auro et argento ornatum pro reliquiis fuisse; obtigisse e praeda defuncti Venetiis (A. 1482) comitis Joh. de Frangepanibus presbytero Lucae de Reynaldis partem libri, de qua ille sua parte hos duo quinternos Caesareo oratori Marquardo Breisacher militi pro speciali et grato munere dedit. Cum annus hujus Breisacheri notae errore laboret, verebamur ne spuria esset: sed collata scriptura ad aliud diploma tabularii aulici, ubi idem Breisacher testem se subscribit: „Ita est. Ego Marquardus Breisacher miles ac Imperialis orator, manu propria. 13. Nov. 1487" nil dubitandum de manu ipsius Breisacher; quare, cum rasurae nullum inspicienti omnino appareat vestigium, ipse qui scribebat quintam C literam omiserit necesse est, aut alium quemcumque numerum addendum ad M. CCCC. Archiducis enim Sigismundi, Tirolis comitis, pax cum Venetis facta est 1487; Breisacher e vivis excessit 1509. Intra hos ergo 22 annos referenda est haec Breisacheri militis nota.

Post Breisacherum nactus est, cum reliquo tabulario arcis Maria-Stein (in Comitatu Tirolensi prope Kuffstein, sed in laeva Oeni parte) hos nostros quinternos Comes Schurff, qui et ipse in eadem, qua Breisacher, membrana sua manu et lingua germanica adnotavit: „Dises puech hat Sant Jeronimuſs mit aigner hant geschriben in Crabatischer sprach."

Hodiernus demum arcis et codicis dominus, Illustriss. Comes Paris Cloz, Tridentinus, tantum S. Hieronymi thesaurum examinaturus curiosius, miserat folii 9. r. primarum octo linearum diligentissimam in charta pellucida imitationem ad ipsos glagolitas dalmatas! Mirabuntur ipsi quidem, si suam lectionem cum hac nostra editione contulerint! sed sane magis etiam nos ipsi sumus mirati, cum praeter glagolitae opinionem Comitis quoque Car. Octavii Castillionaei de codicis contentis legeremus sententiam. Nesciebamus enim, stupendum profecto hujus viri ingenium slavicarum etiam literarum aeque capax, ac sit cuficarum et gothicarum. Videbamusque jam nil opus esse nostra opera, si ille, qui prior explicasset, ipse vellet edere. Sed is, aliis iisque gravissimis et gloriosissimis occupatus, sponte concessit Slavo edendum codicem slavicum. Utinam non indigno!

V.

CONTINUATUR DESCRIPTIO.

Cum presbyter Lucas e praeda Frangepanis (sive Venetiis ea praeda fuerit, sive, quod facilius credas, Vegliae, connivente rectore) nactus sit partem bibliorum (ut ille quidem putabat) Slavicorum e versione divi Hieronymi, quaeritur primo, ubi reliquae partes, ab aliis raptae, nunc lateant. (Nam de industria fuisse pessumdatas nemo credet, qui vel obiter nôrit Italorum solertiam; diripiunt illi prudentes thesauros non ut pessumdent, sed ut aut vendant bene, aut servent utendos).

Quaeritur secundo, ubi ea ipsa pars, de qua duos tantum quinternos Marquardo oratori Caesareo pro speciali et grato munere dedit presbyter Lucas de Reynaldis. Et ipsi hi quinterni, quos edimus, proprie ne quinterni quidem sunt, nec (ut admittas a milite quinternos dici qui proprie sint quaterni) ipsi quaterni sunt integri. Sunt quidem fasciculi bini, sed inaequales: prior nimirum quattuor tantum foliorum (intermediis quattuor deperditis), alter vero integer octo foliorum quaternio; idque, quod gratulere, continuo et prioris mutili quaternionis ambo ultima, et se ipsa ἀμέσως excipientium foliorum.

Prioris autem quaternionis intermedia nonnisi quattuor folia deesse, patet e contentis, ut infra videbimus. Quamquam nescias, an miles Marquardus quinternos sensu stricto, an potius latiori dixerit.

Equidem putem latiori; nam proprie neuter fasciculus est quinternus, sed mutilus prior nunc nonnisi duernus, alter vero et nunc et ab origine, utpote primâ suâ paginâ excipiens ultimam prioris) verus quaternus, quatuor habens διπλώματα seu octo folia. Potuit tamen fieri, ut etiam de Marquardi parte aut ipse Venetus donator Lucas folia intermedia retraxerit, aut alius fur surripuerit.

VI.

AN NOSTRI QUINTERNI PARS SINT CODICIS ASSEMANIANI.

Possit quis quaerere: Quid si Assemani codex vetustissimus glagoliticus, nunc in Vaticana bibliotheca servatus, quem ille dicitur A. 1736 Hierosolymis comparasse, pars major fuerit illius codicis Frangepaniani direpti A. 1482, aut saltem, quod ad idem fere redit, pars partis Lucae presbyteri?

Quantum quidem hucusque scimus de Assemani codice, cujus hic Tab. I. specimen exhibemus, negamus societatem. Nam ut nil dicamus de щ litera, quam Assemanianus habet, Noster plane non habet sed semper reddit per шт; praeterea Assemanianus non videtur multum excedere numerum 160 foll., in nostro autem major quidem quinternus caret signatura, sed in prioris margine superne existit numerus ⰾⰱ, qui glagolitis valet 62; ut adeo, si pro signatura sumas hanc notam superne existentem, 61 quaterniones hunc praecessisse jure arbitrere, qui vel soli summam 488 foliorum praebent, longe ampliorem codice Assemaniano.

VII.

VESTIGIA ALIORUM CODD. VETT. PERSEQUENDA.

Quaerendus ergo reliquus codex Frangepanianus (cujus hi nostri quinterni sunt parva tantum particula) per ditionem Venetam.

Quaerendum item praefatum psalterium Nicolai Arbensis descriptum A. 1222 ex antiquissimo codice Theodori Salonitani Archiepiscopi. Commodaverat Nicolai codicem Bosnensis episcopus Romae novam breviarii glagolitici recensionem curanti F. Raphaeli Levakovichio Ord. S. Francisci Croatae A. 1634. Dolendum omnino illum codicem, anni notam disertam habentem, ex illo tempore disparuisse. Nam mirifice nos cum in reliquis, tum praecipue in definienda ad amussim et Assemaniani et hujus Cloziani codicis aetate adjuvaret. Si enim jam nunc, probabilissima quidem conjectura, inter recentiorum codd. glagoliticorum sec. XIV. ductus gothicos, et Assemaniani Nostrique rotundiores, (adeoque ab illis diversos, ut hodierni glagolitae, quibus C. Cloz miserat optimum facsimile, nec legere possent), trecentorum annorum spatium intercessisse jure perhibere posse videamur, longe tamen fortior vis et omni exceptione major accederet huic conjecturae ex contentione codicis certa chronologica nota insigniti.

VIII.

CONTINUATUR DESCRIPTIO CODICIS CLOZIANI.

Singulae membranarum nostrarum paginae quadragenas (40) habent lineas sive versus malis dicere; ductas stylo ferreo in adversa tantum parte membranae; ita tamen ut satis, imo non raro plus quam satis etiam in aversa exprimantur, imo membranam quandoque ex parte secent, adeo ut et ego et mecum, quicumque post me tractabit codicem, cavere debeat ne fissuram styli imprudens augeat.

Et primae quidem, itemque postremae in quavis pagina binae lineae per totam membranae latitudinem ducuntur; intermediae 36 nonnisi perpendiculares binas cujusque paginae lineas attingunt. Sic:

1
2
3
4
5
39
40

Scriptura ipsa non lineis insistit superne, ut hodie solet, sed intra lineas, inque ipso spatio his lineis incluso continetur, superiori lineae propior, quam inferiori.

In medii marginis ora existunt foramina facta circino ad exaequandam linearum ab invicem distantiam.

In marginibus praeterea, tam inferiori et superiori, quam exteriori medio alia visuntur foramina, peculiaria huic codici, imo et filorum sericeorum re-

liquiae, quae olim memorata in Marquardi militis notâ auri et argenti, imo et gemmarum margaritarumque ornamenta firmabant.

IX.

SCRIPTURA CODICIS.

Scripturae specimen habes, quoad ejus fieri potuit, accuratissimum Tabulis I et II.

Vocum compendia, quas abbreviaturas vocant, multo pauciora et rariora occurrunt, quam in codd. recentioribus. Semperque illa lineâ toti syllabae aut syllabis abbreviatis impositâ signantur.

Est autem horum compendiorum genus duplex. Prius linea tantum simplici superducta indicatum; alterum superpositae lineae subditâ literâ minoris moduli, lectionis quasi adjutrice. Prius genus titla vocatur a grammaticis slavograecis, alterum titlae generali nomini praemittit nomen adjutricis literae. Sic e. g. in scriptione вѣи, (quae est integrae vocis вѣнєть compendium), titla haec est proprio nomine словотитла, utpote quae literam с (slovo) habeat sub se subditam. Eodem modo subditum titlae indicavimus ч lin. 702 vocis мѫченикомъ compendiatae, et alia alibi, in criticis nostris adnotatiunculis.

Sed repetimus adnotationem, vetustissimos codd. in genere, etiamque slavicos in specie, longe pauciores recentioribus habere abbreviationes.

Tertium, si velis, compendii genus, quod monogrammon vocant, quoque vicinarum utrinque literarum ductus iidem aut fere iidem (similes) semel tantum scripti pro binis utrinque valent, longe frequentissimum in Glagolitarum libris recentioribus (v. Dobr. Glagolitica, aut Institutt.) in Cloziano codice nostro nonnisi bis terve occurrit; prout vides in Tab. II, Nro. 15 et 18 talibus monogrammis scripta мл, et no.

Literarum magnitudo et forma una tantum, ut in libris antiquissimis. Non versales, quas vocant, praecedunt minusculas, ut nunc fit; e. g. in: Dominus, Deus. Codex noster aut dominus, deus ejusdem plane magnitudinis et formae primis d literis, cujus reliquis, aut in titulis sermonum DOMINUS, DEUS, eâdem literarum unitate scribit.

Initiales majoris moduli et quas florentes dicas, nonnisi duae occurrunt, initio sermonum tertii et quarti, в et ч, quas pariter exhibuimus Tab. I. Nro. 1 et 3.

X.

CONTENTA CODICIS CLOZIANI.

Innuimus jam ad finem praecedentis paragraphi, sacrarum orationum partes contineri hoc codice. Et revera nunc sic habet res. Quamquam e Marquardi nota (cf. ex Assemano IV, 424, inventarium Veglense A. 1470) appareat, fuisse habitum codicem pro bibliis slavice versis a S. Hieronymo. Et poterat quidem codex, dum integer habebatur in domo comitum Frangepanum, continere aut tota biblia, aut saltim psalterium, aut Evangelia. Sed hi, quos edimus, quinterni Marquardo militi dono dati, partes tantum continent trium sermonum hebdomadis magnae, et unum integrum. Partem nimirum:

I. Sermonis tributi S. Chrysostomo, in festum Palmarum (ed. Savil. CXL: ἐκ θαυμάτων εἰς θαύματα) initio et fine mutilam; sed auctam e propria penu Slavi interpretis sat amplo eoque summi momenti additamento.

II. Partem posteriorem genuini S. Chrysostomi sermonis, in proditionem Judae (ed. Savilii LXXIX: Ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον).

III. Integrum sermonem in magnam Parasceven, a Nostro itidem tributum S. Chrysostomo, sed editum inter S. Athanasii opera; spurium eum quidem, sed vetustum: Μέγα μὲν οὐρανὸς δημιούργημα (S. Athanasii opp. II., 449).

IV. Priorem partem sermonis et a Nostro et ab aliis tributi S. Epiphanio, in Christi sepulturam: Τί τοῦτο; σήμερον σιγὴ πολλή. Et haec quidem omnia foliis membranaceis 12, adeoque paginis 24 continentur; nosque in lectorum commodum et fidei causa totidem, quod habet ἀρχέγραφον, foliis paginisque repetendum censuimus.

Quamquam nos quidem minime succensebimus, si quis malit, pro patrum spuriis sermonibus bibliorum potius partes aeque antiquas inveniri, utpote religiosius plerumque versas, et intellectu collatuque faciliores. Ubi tamen non datur optio, hoc patienter admittamus solatium, exstitisse et orationum sacrarum si non antiquiorem, at certe aeque veterem necessitatem; liberioremque earum versionem minus nocuisse genio linguae slavicae. Quid quod (p. 2. v. et 3. utrâque) ut jam supra praemonuimus, Slavus e sua nobis penu adjecit locum utilissimum, utpote testem gravissimum de moribus majorum nostrorum.

Utinamque ille exstaret integer! Sed p. 3. v. abrumpitur mutilus, deperditis heu foliis hujus quaterni intermediis quattuor, continuationem finemque gratissimae interpolationis, et initium genuini S. Chrysostomi sermonis complexis.

XI.

FRUCTUS EX EDITIONE HUJUS CODICIS.

Praecipuus igitur fructus ex hoc codice publici juris facto continget linguae nostrae veteris et sacrae studiosis; nonnullus tamen et bibliorum collatoribus, utpote cum citentur loci biblici complures, quos juverit cum recepto hodie Slavicae versionis textu, a Russis reficto, contendere. At linguae maxime, ut diximus, studiosi omnes habent quod triumphent de hoc codice tam insperato e tenebris prodeunte. Ut enim taceamus vocum formas ubique vetustissimas, sunt etiam quae primo ex hoc codice innotescant, nec auditae nec lectae antea cuiquam. Talis est:

Passim сатъ, respondens gr. φησί, lat. inquit, ait; imo l. 281 сати, servato adhuc и tertiae personae, ἰνδικῶς?

Lin. 15. влъснѫщеи (litera н ex в correcta) ψελλίζοντες. Vix ausim referre ad rad. влъхвъ (magus), cum ante -нѫ non appareat causa mutati χ in с, et omissi в; quamvis et влъхвъ et валїи primitus fuerint mussitatores.

— 80. соулѣе, potius. (Audimus, etiam in Ostromiri Evangeliis Luc. XII. 7. et Jo. IV. 52. inveniri pro διαφέρετε et κομψότερον).

— 772. тржтъ, respondens lat. custodia; vincula.

Tum alia, nota quidem ex aliis dialectis, sed insolita literali:

Lin. 55. et saepius псанье, въпсано, напсано forma Bohemis nunc tantum usitata, pro писанье. etc.

Passim: кратръ, кратрьѣ penes usitatiores veteri dialecto братъ, братья.

Lin. 100. кмотра Slovacis tantum Bohemisque et Polonis nota vox, facta ex lat. (compater et) commater; Germanis: Gevatter et Gevatterin.

— 140. ѕѣлоуто adj. slovacizans, a ѕѣло valde.

— 218. дѣтѣль (simplex) pro: facto, facinore.

— 319. вѫинналѣ διηνεκής f. adj. ab adverbio вѫиннѫ assidue, continuo.

— 436. наискорѣе citissime. Hactenus найпаче unicum hujus generis superlativi erat exemplum. Nostrum ergo найскорѣе auget numerum.

Lin. 491. сѫдънии день dies (extremi) judicii, Carniolis et Polonis notus, aliis dictus страшный сѫдъ.

— 495. обатрѣкса notum Polonis pro: irasci.

— 533. вѧзъ m. vinculum; alias оузъ.

— 599. отъѣдъ ἀντιφάρμακον, compositum ex отъ ἀπό, ab, et ѣдъ (ꙗдъ) venenum.

— 677. цѣсарюетъ Caesar est, regnat.

— 682. котераетъ. Russi nonnisi котораетъ norunt. Cf. Dobrovii Institt. 343?

— 726. осило n. laqueus. Male Russi faciunt masc.

— 821. блисцанье fulgor alias блистанье, et блещанье.

— 911. вѣтъскъи μυθικῶς; adv. hucusque ignotum, notae radicis вѣтъ μῦθος.

— 915. etc. печатъ etiam m. Russis печать est f. tantum.

Ut nil dicamus de graecis vocibus retentis:

— 134. фропитъ, προφήτης.

— 160. олокавътомата, ὁλοκαυτώματα.

— 203. философїа.

Passim: трапеза.

Lin. 684 титль, τίτλος.

— 777: акрогонїеи камень ἀκρογωνιαῖος λίθος.

— 939. оусїа, οὐσία.

Quid tandem dices de voce obscurissimae originis потьпѣга (sic enim in Nostro codice est scripta)? Alii codd. et edd. veteres habent подъпѣга; item nonnulli russici etiam подъвѣга. Ita ut nescias, an sit a потепѧса, quasi потепага russice, i. e. pulsa, vagatrix; an подъвѣга quasi perfuga a подъвѣгѫ; an denique a подъпѣга quasi subvariegata, quae nempe fortasse per legem quandam Slavis propriam in poenam male servati conjugii vestis partem inferiorem variam debebat gestare? Quid tandem quarta scriptio потьвѣга? quam bis habet Ostromiri cod. A. 1057.

Sed haec nonnisi pauca exempla sunt usus ex hoc codice publicato redundaturi in commune bonum philologiae Slavicae. Plura, imo omnia lectores ipsi per otium invenient. Nos in adjecto editioni huic lexico asterisco notavimus vocabula, quae in Polycarpovii, Alexjejevii et Academiae Russicae lexicis frustra quaesivimus.

XII.

SLAVORUM LINGUAE SACRAE ORIGINES.

Slavis omnino pannoniis, utpote primis omnium christiana sacra amplexis, prima deberi rerum christianarum vocabula, sponte jam dudum agnoverat

ipse Dobrovius (v. Slovanka A. 1814, I. 72); nec nisi cavillans (ut erat ingenio luxuriante animoque victae causae succurrere gestiente) postremo maluit in eremos et latibula nescio cujus veteris, nondumque commixtae dialecti serbo - bulgaro - macedonicae secedere (v. illius Cyrillum et Methodium, 1823, p. 131 — 133).

Poterat ille quidem jure abnuere propositam a Russo Kalajdovič (in: Joanne Bulgariae exarcho, Mosquae 1824) dialectum moravicam: sed aeque debebat nimis bene fundatam primam suam sententiam de pannoniorum Slavorum primatu aut servare, aut melioribus ipse argumentis evertere. Id quod nec fecit, nec puto potuisset facere. Nam ut taceamus, hodiernam sesquimillionis reliquiarum Pannoniae et Norici Slavorum dialectum, per varios casus, perque tot discrimina rerum, tamen hoc ipso adhuc die propius abesse a lingua sacra, quam aut reliquorum Pseudo-Illyriorum aut ipsorum Bulgarorum pessime a Dobrovio Illyriis accensitorum; atque Illyrii quidem seu Serbi et Croatae S. Cyrilli tempore nondum ab adriatici maris ora in interiorem Moesiam se diffuderant, (nam Belgrad quod hodie caput est Serbiae, eo tempore castrum erat Bulgarorum): ipsi autem Bulgari, Moesiae et Thraciae indigenis ex aequo, ut videtur, permixti, slavicam suam dialectum, primitus, quantum ex certis adhuc signis licet colligere, Serbicâ et Croaticâ longe propiorem Carantanicae aut Pannonicae, ni jam prius, ex eo saltim tempore adeo immutarunt, ut ipsa omnium slavicarum una repraesentet speciem linguae, qualem Europaei langue romane vocant, aut potius reipsa, non verbis similem tali linguae mixtae, utpote quae lexicon suae linguae maxima ex parte retinuerit, grammaticam autem sequatur Albanorum et Valachorum. Ac haec quidem rei peritis nos persuasisse confidimus in alio opusculo. Hic autem pannonietatem (liceat sic appellare pannonicam originem patriamque) linguae Slavorum sacrae quilibet agnoscet, qui consideret, vocabula sacra Slavorum:

цр҃кы Kirche, олтарь Altar, хрьстъ et хрьстити (recentius кр́стъ et кр́стити) Christ et christen, постъ Faste, попъ phaph, пькль et пькло a pěch Alemannis sec. IX pro inferno usitato; срѣда (medium) pro die mercurii cum Germanis, quibus est Mittwoch; цѣсарь francica medii aevi pronuntiatione Caesaris; itidemque оцьтъ acetum, aliaque id genus plane non potuisse proficisci nisi a populo Germanis et Italis vicinissimo, ab iisque primitus christianismum edocto. Atqui hoc nonnisi in Slavos Norici et Pannoniae (sive eos malis medii illius aevi vocabulo universim Carantanos appellare) quadrat, dudum Christianos uno pluribusve ante Methodium seculis. Unde enim tuo Bulgaro - Serbo - Macedoni talia, sive materia, sive sono germanicissima?

Potius ille graeca vocabula haberet, qualia plurima immigrarunt in libros sacros Slavorum, posteaquam coepta in Pannonia a Pannoniensis ecclesiae per 30 annos Archiepiscopo S. Methodio sub ipsorum Romanorum Pontificum auspicio liturgia Slavica, ex hac prima sua et patria sede per Hungarorum irruptionem et vastitatem [1]) exul et extorris, ambabus ulnis excepta ab Illyriis et Moesiae Bulgaris, et mox a Russis, etsi peregre, inter propinquos tamen et cognatos laetissime et latissime effloruit.

XIII.

LINGUAE SACRAE VARIETAS.

Solent enim omnes linguae, praesertim quae sint per vastius diffusae spatium, in dialectos abire. Imo et unius ejusdemque dialecti praesertim vivae aut vel semivivae codices, diversis temporibus aut locis descripti variare, et e vernacula inscii librarii vel inviti lingua sensim complura adsciscere. Quid quod etiam de industria jussuque superiorum vocabula subobscura mutantur magis obviis? Id quod e. g. disertis verbis narrat sibi mandatum Joannes clericus Russus, qui Izbornikum A. 1073 descripsit.

Haec omnia si perpendamus, facile judicabimus, deesse adhuc genuinos nobis codices primos, ipsius S. Methodii aetate A. 870 — 900 in ipsa Pannonia scriptos: nec tamen eos desperandos, quippe cum alii ejusdem aevi graeci latinique plurimi aetatem tulerint. Ipse ego, cum legissem, Gallis A. 1800 callide, ut quidem putabat direptus Salisburgensis bibliothecarius, fuisse traditum, germanici latinive loco co-

1) Cf. literas episcoporum Bavariae ad Joh. IX., a. 900: „Ita, ut in tota Pannonia, nostra maxima provincia, tantum una non appareat ecclesia; prout ipsi episcopi vobis enarrare possunt, quantos dies transierint (Roma pergentes per Pannoniam in Moraviam), et totam terram viderint desolatam."

dicem russicum, ratus fuisse illum fortasse codicem methodianum, adlatum e Pannonia a remeante presbytero Salisburgensi pro corpore delicti etc., non quievi, donec expiscarer, Monachii nunc servatum. Sed erat ille revera codex russicus, isque sat recens.

Proximi ab his methodianis sunt codices, quos Methodii discipuli et successores in Bulgaris aut novos conscripsere, aut e primis descripsere; qualem hunc ipsum, quem edimus, Clozianum putamus esse, sive is e cyrillico bulgarico sit glagolitice transscriptus (ut Dobrovius pertendisset), sive eum malis cum coaevis et hodiernis Dobrovii in hac re scilicet una adversariis (Dobnero, Durichio, Altero, Vostokovio nobisque ipsis) primitus literis glagoliticis exaratum. Nam apud Bulgaros utrumque characterem simul viguisse omnia clamant: primo codex Assemani glagoliticus, in quo subscriptio et alia plura literis cyrillianis sunt exarata (vide in ipso nostro ex eo codice specimine inscriptiones cyrillicas pictae initialis V, Jesum Christum et Caecum indicantes). Subscriptio monstrat, codicem scriptum esse in Macedonia.

Clamat codex deinde Evangeliorum vetustissimus Remensis ecclesiae, quem olim Galliae reges inaugurandi prensabant jurantes, le Texte du Sacre dictus, complexusque quattuor evangelia Slavica lingua, charactere utroque, cum cyrilliano tum glagolitico, conscripta. Remense illud cimelium, (heu civili Gallorum 1792 tumultu cum aliis ei furori invisis combustum), Alterus putabat 1204 e praeda captae Constantinopoleos in Galliam reportatum, Dobrovius contra ex dono Helenae Serbiae reginae circa A. 1250; e pura puta conjectura uterque. Eodem fere jure quis dicat, fuisse codicem a S. Methodio ipso adornatum Romamque destinatum ad confundendos „slavicae linguae calumniatores"; delatum postea nescio quo casu Remos. Ponamus enim, allatum seu 1204 seu 1250, ecquis credet, Capitulum Remensis ecclesiae codicem recentem et coaevum tam solemni usui destinasse, cum tot aliis antiquioribus et ornatioribus abundaret? Utinam nobis existat Gallus aliquis Peignot, qui in patriis chartulariis exquirat, si pote, historiam nunc combusti, olim certe famigeratissimi cimelii et a compluribus memorati!

Clamat tertio folium Parisino codici insertum, ex quo Maurini alphabetum bulgaricum ediderunt, nosque hic Tab. I. integrum damus. Codex non male bulgaricum vocat „abecenarium," quod, ut vides, est glagoliticum.

Quarto clamat codex psalterii sec. XI bulgaricus, thesaurus doctissimi Eugenii Kieviensis metropolitae, in quo plus uno loco singulae literae initiales glagoliticae praecedunt reliquas cyrillianas, e. g. ps. 97: vox Въспоитє habet В initialem florentem glagoliticam; cant. Is. 26, 9: Изноштн, ibidem glagoliticam И; cant. Ann. 1 Reg. 2, 1: Оутвръдиса glagoliticam initialem ОУ etc.

Clamat demum quinto cod. sec. XI. Suprasliensis in provincia Bialystok monasterii uniti, descriptus in doctissimi P. Köppen Библïографическыа листы p. 189 et 533. Habet is codex inter cyrillianas literas passim pro а Ostromiriani codicis post consonas glagoliticam figuram Nro. 33. Facile credas, nos nil intentatum reliquisse, ut ex illo vetustissimo codice, qui et nostrorum quattuor sermonum tres integros continet, horum apographum nancisceremur; sed frustra fuere omnia. Putes, codicem, sive furto, sive alia fraude subductum.

Ut adeo, (non, ut vult Dobrovius, jam ab initio pro solis Glagolitis et ab iis ipsis per piam fraudem excogitatum sit, sed) post trecentos demum annos casu potius, rerumque vicibus postremo remanserit quasi proprium et hereditarium ritui latino alphabetum glagoliticum, olim bulgaricum dictum, et communi passim jure cum cyrilliano cis Danubium dominatum.

Quid si quis dicat, glagoliticum alphabetum etiamsi non ab ipso S. Hieronymo, at ab alio quocumque demum, fuisse inventum jam ante S. Cyrillum, sed nondum adhibitum ad sacra, quae Slavi per Macedoniam Graecis Latinisque indigenis permixti nondum sua, sed indigenarum, quam aeque callebant, lingua celebrabant; prout hodieque faciunt Albani, et, quos Zinzaros vocant, Valachi in iisdem plane locis et terris; Cyrillum autem et Methodium fratres, Slavorum linguam Pannonicae suae dioeceseos vernaculam adhibuisse etiam ad sacra, eamque scripsisse commodiore sibi, utpote Graecis, charactere graeco, assumtis e veteriore glagolitico, ignoti, ut in re veteri, auctoris, nonnullis signis sonorum Slavis propriorum? Aut quid si ipse postea Methodius, ad vitandam graecizantis alphabeti Cyrilliani inter Latinos invidiam, glagolitici auctor exstiterit? Vides, hanc poste-

riorem hypothesin nostram multum differre a Dobneriana, quam Dobrovius cum aliis (Cyrill. et Method. p. 52) exagitat, argute magis quam vere.

Si porro quis objiciat, fingi haec, nec probari ullo argumento historico, illi nos respondebimus, aeque fictam plane esse Dobrovii de origine alphabeti glagolitici hypothesim, contraque dicentem Illyriorum communi plurium seculorum traditioni, et (quod caput rei est) nunc emergentibus tribus quatuorve codd. glagoliticis longe antiquissimis convictam falsi, saltem quoad sec. XIII — XIV!

Admonuitque nos hoc loco Ill. Comes C. O. Castillionaeus μυστηριώδους Aethici, (sive tu Ethicum malis rectius scribere) Histrorum philosophi, de quo ejusque literis citat Hieronymi locum Hrabanus Maurus, in ipsius S. Hieronymi opp. hodie non exstantem. Quid si Ethicus iste, cui etiam orbis descriptio quarti ad summum seculi tribuitur, et Slavicarum literarum ante Cyrillum auctor exstiterit: cum illoque memoratus ab Hrabano presbyter Hieronymus ansam dederit alphabeti S. Hieronymo tribuendi? Minime nos doctum in historia fastidium ignoramus quorumdam hominum, excolantium culicem, camelum autem glutientium. Illos rogamus, ut nobis origines demonstrent literarum copticarum aut gothicarum; quas cum non possint negare dato tempore exstitisse, earum tamen initii testem idoneum quique vero critico satisfaciat, nullum possunt adducere. Idem illis accidit quoad primum Slavorum in Pannoniam et Moesiam, Illyricumque adventum. Jure in illos quadrat Hamleti Shakespeariani effatum, multa fieri et in coelo et in terra, quorum nullum in nostris libris vestigium.

Nos vero iterum iterumque rei existentis probabilem originem malumus conjectare, quam sine justa causa, imo sine justa suspicione imposturae accusare clericum Nicolaum Arbensem, diserte scribentem, se psalterium suum A. 1222 descripsisse e vetustiori, exarato sub Theodoro ultimo Salonitano Archiepiscopo; (quod si fuisset, ut sine causa fingit Dobrovius, cyrillianis literis exaratum, nae ipse Nicolaus, qui tot descriptionis suae adjuncta enarrat, et hoc ipsum narrasset).

Quidquid sit, hoc certe confidimus nos probasse, alphabetum glagoliticum, si non antiquius, ad minimum aequale esse cyrilliano; olimque cis Danubium apud Slavos utriusque ritus ex aequo fuisse dominatum; nec nisi seculo demum XIII exeunte latini ritus Glagolitis quasi in proprium cessisse; quamquam mulctatum ex parte et refictum, (prout e. g. Russis accidit sub Petro I de alphabeto ecclesiastico).

Sed ad codicum Slavicorum genera redeamus. Post Bulgaricos et temporis et loci natura tertii essent Serborum et Croatarum codices sacri. Sed eorum antiquissimi aut periere, aut (quod malimus credere) adhuc latent ubicumque demum in tenebris, sicut noster Clozianus latuit per secula! Quare etiam atque etiam hortamur Slavicae gloriae studiosos populares, ut conentur in apricum proferre, qui aetatem tulerint, literarios hujusmodi thesauros, Ill. comitis Paridis Cloz nobile et славно imitantes exemplum. Vetustissimus, qui hucusque innotuit, (ed. Mosquae 1824. Basilii M. ἑξάμερον slavice versum in monte Atho ab Joanne Bulgariae, ut ait, exarcho), Serborum codex cyrillianus, est scriptus A. 1263; ergo annis 41 recentior Nicolai Arbensis psalterio A. 1222! Isque adeo est similis et vix non idem quoad dialectum omnibus recentioribus, adeoque diversus a bulgaricis, et ipsis Russorum codicibus, ut proprium plane genus constituat, proximum recentioribus, quos Dobrovius solos norat, Glagolitarum codicibus. Semper et ille et hi є habent pro Bulgarorum et Russorum ѧ, et оу pro ѫ, tanta constantia, ut non possis non habere pro dialecto propria. Sed exspectandi sunt codices sec. X — XI ad ferendum justum plenumque hac de re judicium.

Dum igitur e tenebris emergant codices Serborum et Croatarum seculi X — XI, nos recentioribus illorum codicibus hucusque solis notis, non injuria praeponemus Russorum codices, quorum plures medium sec. XI attingunt; quale est Ostromiri Evangelium 1057, aut Svjatoslai Izbornik 1073 etc. Minime tamen diffitebimur, nos Serbicis Croaticisque codicibus, etiamsi recentioribus, vix praeferre russicos, quippe quos notum est, ipsisque codicibus testatum, jam primis illis temporibus, e. g. in Izbornik A. 1073 probasse прѣмѣноу сътворити рѣчи, инако навъдаѭщє тождьство разоумъ. кго (mutationem facere verborum, modo attendentes identitatem sensuum ejus). Etiamsi demus, Serbos eadem sibi permisisse, haec tamen mutatio apud illos minus frequens et debebat et poterat esse, utpote familiariores linguae sacrae vicinos.

XIII.

RUSSI OLIM NOVISSIMI, NUNC PRIMI.

Quod sapientissimus historicus Herodotus de Thracibus observavit, esse illos post Indos gentem maximam, eamque si uni pareret aut sentiret in unum, invictam ipsam et omnibus longe fortiorem; sed hoc illi arduum esse, neque unquam evenisse [1]): hoc idem et de Thracum hodiernis, si minus directis nepotibus, at patruelium nepotibus Slavis valet. Russorum, quamquam novissimorum, ideo maxima vis est, quia uni parent plurimi; reliquis Slavis et inter se et diversissimos dominos divisis discerptisque. Eadem de caussa Russi maximum antiquorum codicum numerum habent, utpote ex omnibus Slavorum graeci praesertim ritus provinciis ipsoque Atho monte ad Russos quasi rerum slavicarum arbitros congestorum. Dumque nos ab hoc terrae umbilico remotiores in singulis membranis explicandis desudamus, illi totas horum cimeliorum bibliothecas pervolutant. (Utinam et editas nobiscum communicent!). Neque indigni sunt hac fortuna, ex quo Alexandrum habent Vostokovium, parem plane his studiis nec ulli Occidentalium cedentem scientia veri utriusque suae linguae philologi.

Hic, cum primum edidisset notitiam antiquissimi Evangeliorum codicis pro Novogrodensi consule Ostromiro A. 1057 scripti, (per eamque occasionem certum legitimumque in antiquissimis codicibus, adeoque etiam Nostro, discrimen literarum ѫ et ѧ (similiumne Polonorum ą et ę, an potius Carniolorum ó et é?) primus indicasset, antea a nemine, neque ab ipso nostro summo Dobrovio somniatum); tres fecit classes universorum in Russia codicum linguae sacrae: primam, diligenter descriptorum sec. X—XIII ex antiquioribus S. Methodii sec. IX; alteram sec. XIV—XVI leniter et locis nonnisi maxime necessariis immutatorum ad faciliorem intelligentiam; tertiam denique sec. XVII in Polonia et Ruthenia a semidoctis sciolis sus deque habitorum.

Similem fere fortunam et extra Russiam plus minusve habuere codices, nisi quod Slavi Danubiani et Adriatici, aliis et populis et ritibus circumdati permixtique paucioribus codicibus operam impenderunt, quam toto orbe divisi Russi, unice suis intenti.

XIV.

RELIQUI OLIM PRIMI, NUNC NOVISSIMI.

Paragrapho XII nos intelligentibus arbitramur (quod jam aliis, ipsique olim Dobrovio (v. Slavin, p. 436) ex Joannis papae VIII epistolis ita videbatur) etiam e linguae sacrae naturâ satis comprobasse, S. Methodium populi suae Archidioeceseos linguam primum a foro ad aram evexisse; sive eam pannonicorum Slavorum, sive bulgaricorum malis dicere. Nam et Bulgaros in inferiori saltem Pannonia tunc habitasse, (seu potius imperasse Slavis antiquitus ibi sedentibus, neque iis diversis a reliquae Pannoniae Slavis) inter Savum Dravumque fluvios, e Francicis chronicis notum est, diserteque et luculentissime probavit acutissimus Thom. Dolliner (Dolinarium, q. d. Vallensem, rectius scribas Slavum Carniolum) ad dissertationem inauguralem Fr. Oelsler: Historisch-kritischer Versuch über das angebliche Verhältnifs der östlichen Grenz-Provinz und Grenz-Grafen zu Bayern unter den Karolingern, Wien 1796. 8. pag. 17 etc. Imo bulgaricos olim Slavos ad Budam Pesthinumque usque habitasse non soli anonymo Belae regis notario credimus, sed ipsi Pesthini vocabulo, quod certo certius non alius cujuscumque demum slavicae, sed plane et unice et in specie bulgaricae est dialecti. (Nam solis Bulgaris hodiedum etiam fornax (Ofen) sonat пѣшть; Slovacis пѣць, Slavis Pannoniis nunc et Russis пѣчь, Illyriis пећь. Notum est certoque certius, ipsum Ofen urbis nomen nonnisi germanicam interpretationem esse τῆς пешть. Addamus et hoc, ad comprobandam Slavorum et pannonicorum et bulgaricorum αὐτότητα, solos eos hodiedum servare discrimen vocalium ѫ et ѧ, jure a Vostokovio pro Methodii linguae quasi tesserâ et symbolo datum; reliquis Illyrici Slavis una cum Russis Bohemisque nil tale habentibus.

Sed hi pannonici Slavi, olim primi linguae Slavorum sacrae auctores, hodie illius expertes sunt in ecclesia; latinam plerique colentes Missam, domi tan-

1) Θρηΐκων δὲ ἔθνος μέγιστόν ἐστι, μετά γε Ἰνδούς, πάντων ἀνθρώπων. Εἰ δὲ ὑπ' ἑνὸς ἄρχοιτο, ἢ φρονέοι κατὰ τὠυτὸ, ἄμαχόν τ' ἂν εἴη, καὶ πολλῷ κράτιστον πάντων ἐθνέων· ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι, καὶ ἀμήχανον, μή κοτε ἐγγένηται. Herod. V, 3.

tum utuntur vernacula; quae tamen, licet plus mille annis interlapsis, sacrae veteri et ipsi inter peregrinos plus minus mutatae etiam hodieque reliquarum omnium proxima et simillima permansit. Proximi his Bulgari, apud quos sec. X — XIII laetissime effloruerat S. Methodii lingua sacra, Serbis cessere locum, cumque his etiam veris in Dalmatia Croatis (nam qui nunc ita vocantur Zagrabienses, ad pannonicos potius Slavos pertinent). Serbi et Croatae continuavere usque ad typographiae inventionem captamque a Turcis Constantinopolin. Ex eo vero tempore Russi, qui quamvis omnium novissime conversi, tamen statim ab initio officio quidem suo fecerant satis, in his reliquorum Graecorum et Slavorum graeci ritus angustiis, ipsi ex tuto speculati pedetentim et ecclesiae graecae et slavicae ejus ritus liturgiae curam tutelamque universam, una cum tanti patronatus fructibus amplissimis, nemine obstante, sibi vindicarunt.

XV.

GLAGOLITARUM STATUS HODIERNUS.

Constat S. Methodii in Pannonia tentatam c. a. 870 liturgiam slavonicam, quamquam per calumniam delatam ad Joh. VIII, ab eoque primo improbatam A. 877 et 879, sed A. 880 ab eodem, per praesentem Romae ipsum Methodium Archiepiscopum melius edocto una cum „literis slavinicis a Constantino quodam philosopho repertis jureque laudatis" admissam esse. En ergo primum privilegium ipsius Romani pontificis in favorem linguae Slavorum sacrae, literarumque Slovinicarum; idque minime subreptitium, sed a Methodio Archiepiscopo, accusato ab aemulis Germanis episcopis, canonice coram ipso Papa propugnatum et obtentum et reportatum!

Tamque avide omnes totius Illyrici Slavi hoc privilegium ipso adhuc Methodio superstite amplexi erant, ut paucis postea annis, ineunte seculo X, Nonensi Croatarum episcopo Slavo omnes omnium dioecesewn Slavi undique affluerent ordinandi presbyteri; sicque laesis latinorum episcoporum juribus et emolumentis, concilio provinciali Spalatensi causam praeberent injustae plane repressionis. Poterant nempe jure intra suam provinciam relegare Nonensem reliqui Episcopi, quorum ille provincias quoad Slavica invaserat; sed debebant simul in sua quisque provincia providere ordinandis a se ipsis presbyteris Slavis.

Sed illi maluere vetare liturgiam slavicam, quamvis admissam et probatam ab Joh. papa VIII! Jure igitur suo contempserint Slavi tam injustum decretum, etiamsi A. 1056 fuerit repetitum. Ex hoc tamen tempore Dobrovius putabat subnatam esse occasionem excogitandarum literarum glagoliticarum, quae utpote diversae a cyrillicis, ut putatur, methodianis, summoque ecclesiae Doctori S. Hieronymo tributae, feliciorem fucum facerent liturgiae Slavicae inimicis. Et ille quidem putat successisse fraudem, adeo ut 1248 Innocentius papa IV. et literas et liturgiam latinam his literis perscriptam, boni aequique consuleret. Sic quidem Dobrovius. Nos autem satis nos in prioribus demonstrasse confidimus, rem aliter se habere, literasque et liturgias utrasque saltim aeque antiquas esse, nisi glagoliticae etiam antiquiores fuerint.

Sed ad hodiernum Glagolitarum statum accedamus, ex amplissimo restrictissimum, ex communi utrique ecclesiae nunc proprium Catholicorum Latinorum, ipsorumque olim longe plurium quam sint hodie; ita ut plane agonizare videantur, perituri, magis sua, quam aliorum culpa; nisi forte amicorum eam velis esse, moleste potius sedulorum quam et fidorum et rei peritorum. Caramanum intelligimus. Audi rem.

Ex quo Innocentius papa IV, A. 1248 Glagolitarum literas et ritum slavolatinum publica auctoritate in Istria et Dalmatia confirmarat, tuti jam ab aemulorum calumniis Glagolitae sat laete fruebantur speciosissimo hoc et unico per Occidentem privilegio; adornantes ubique pulchros Missalis et Breviarii Romani in linguam Slavicam ecclesiasticam, (eandem plane cum Slavorum graeci ritus linguâ ecclesiasticâ), conversorum codices, e quibus et celebrarent missas et horas canonicas psallerent. Tales codices complures in Vaticana bibliotheca repositos recenset Assemanus, alios in Vindobonensem nostra opera illatos Dobrovius. Juvabit horum vetustissimum A. 1368 a Comite Novak, milite Ludovici Magni, Hungariae regis, scriptum, hucusque minus notum producere.

Codicis specimen habes Tab. I, Nro. 6. Ejus missalis lingua non pejor est, quam in ejusdem aevi Serborum aut Russorum codicibus. Sed subscriptio, ad eorumdem Serborum et Russorum instar, dialecto scripta est librarii ipsius, vulgari illius aevi proxima. Audi sis:

[illegible] Terrae. Amen. A. D. 1405 [illegible] domini et spi[illegible] universalis ecclesiae, qui [illegible] naturam Terrae [illegible] a Comite Petro, [illegible] pro 40 aureis et [illegible] Joan[illegible], et [illegible]. Et eo tempore [illegible] et erat Custos et Serva[illegible] et S. Petri in Nugla. [illegible] S. Helenae et S. [illegible] Religiosi et diaconi [illegible] orate misericordem [illegible] dominam S. Vir[illegible] fidelium chri[illegible] omnium eorum [illegible] pecuniam, par[illegible] S. Helenae et S. Petri in [illegible] orationibus [illegible], et animae [illegible] qui-deo hunc [illegible] in ecclesiam S. He[illegible] dictum).

[illegible] codicem pulcherrimum [illegible] adornatum A. 1368, ab [illegible] venditum, 45 aureis, quaestori[illegible] in Istria prope Pinguente) [illegible] Aquilejensis; hocque quaestores semi[illegible] et cognomine [illegible] et vocibus uno atque [illegible] Carniolis solis est ovum paschale [illegible] se Bohemis adhuc unitis; i. e. rubeo); uno [illegible] est u (et): [illegible] autem iisdem Carniola[illegible] solis est regio, ditio: imo et [illegible] Carn. est pro или.

Vides Glagolitas propagari a finibus Carniolae per ipsam Aquilejensem dioecesin perque Dalmatiam et Croatiam.

XVI.

MISSALIS GLAGOLITICI EPOCHAE.

Princeps.

Quaesierat A. 1806 in publicum summus noster Dobrovius: „Frage. Welches ist das erste in Slowenischer Sprache gedruckte Buch? oder in welchem Lande und Orte war die erste mit cyrillischen Buchstaben versehene Druckerey?" (Slavin, p. 388). Adeo ille, Glagolitarum immemor, nil nisi cyrillica somniabat: sed ipse cum vidisset in Caesarea Vindobonensi bibliotheca rarissimam missalis editionem principem A. 1483 (Venetam), lubens huic glagolitico missali primas partes adjudicavit; Cyrillianis nonnisi subsecutis 1491 Cracoviae, et 1493 Venetiis.

Ac primi quidem Glagolitae, qui Venetiis ab A. 1483, et mox in adjacentis Istriae et Dalmatiae oppidis, pro more illorum temporum, nulla facta Superiorum permissûs mentione, pulcherrimis typis Venetorum artificum, formaque commodissima imprimebant missalia et breviaria; et ignari penitus Moscovitarum, vix curabant ipsos populares suos graeci ritus Serbos, qui eodem tempore et in eadem urbe Veneta, iisdemque, nisi nos omnia fallunt, utentes artificibus Venetis, typos cyrillianos longe itidem in suo genere praestantissimos procurabant. Exprimebant quisque suos codices, quos putabant optimos, Glagolitae et Serbi Venetiis et per omne late Illyricum, imo in ipsa Dacia Trajani; Rutheni autem post illos Cracoviae et Leopoli et Ostroviae et Vilnae in Polonia, donec tandem typographiae ars nova in ipsam Moscoviam penetraret.

Secunda, recognitoris Levakovichii.

Posteaquam vero, Summorum Pontificum cura restitutum et recognitum missale et breviarium romanum per totum Occidentem fuisset introductum, pro naturali rerum ordine aequum erat etiam Glagolitas, quibus unis in tota Romana ecclesia abhinc mille annis per complurium Pontificum privilegia licet lingua Slavica in sacris uti, slavicos suos libros ad recognitum hoc exemplum Romanum conformare. Commiserat Congregatio de propaganda fide hoc negotium P. Raphaeli Levakovich, Franciscano Croatae. At cum constaret, Glagolitas carere scholis discendae linguae sacrae (distat enim a vernaculâ Croatarum hodiernâ saltim tempore mille fere annorum, nisi etiam loco concedas, utpote pannonicam veterem, distare; ideoque eam discere debet, qui scire vult, ideoque scholis ad hoc est opus); et P. Raphael sponte fateretur, se non posse praestare rectam certamque veteris linguae rationem, coepit jam tum, scholae slavicae loco, infausta potentioris quidem, sed non doctioris Ruthenismi in glagoliticam linguam sacram vis et ἱερόν; post seculum, duce ipso Dalmata Caramano Ruthenorum discipulo, inundatura et vix non suffocatura verum glagolitismum! Additus nempe tum fuit Levakovichio adjutor, aut potius dominus, Episcopus ruthenus (Terlecki), forte Unionis ergo Romae degens; is, ut solet esse hoc hominum genus, confidentior magis quam doctior, Levacovichii missale glagoliticum ad ruthenicos, quos secum habebat et antiquissimos et incorruptos falso putabat, libros refinxit. Sicque Croatae et Rutheni conjunctâ operâ prodiere missale et breviarium recognitum Romae 1631 — 1648, typis ab Austriacis Imperatoribus subministratis, quorum paterni animi intererat curare rem ecclesiasticam suorum per Istriam Glagolitarum; Dominis Venetis, quibus longe plures Glagolitae parebant, talem curam superbe negligentibus.

Audi Slavicae literaturae quasi oecumenicum B. M. patriarcham Dobrovium de hac rutheni episcopi infausta interventione. „Terlecki, inquit ille, sine fundamento praesumebat, codices ruthenicos semper immutatos mansisse; id quod aliter se habere nunc vix opus est probare"; (adeo omnes periti consentiunt, et summus Russorum honestissimus Criticus Vostókov sponte fatetur): sed absolvamus, per superogationem, Dobrovii argumentum, dicentis: „Quantopere miratus fuisset Terlecki, si quis illi ostendisset, in ipsa bibliorum editione Ostrogiensi A. 1581, adhuc haberi напасть (tentatio) pro искоушенїѧ (periculum, experimentum)! Sed Terlecki temere antiquius напасть, ut exemplum demus luculentissimum, ex ipsa oratione dominica Glagolitarum expulit, ut recentiori [illegible] искоушенїѧ ruthenico locum faceret! Sic immerito arrogatae Rutheni auctoritati male obsecutus Levakovich complura mutavit in missali glagolitico (ut lenissime dicamus) praeter necessitatem" (Dobrovii Glagolitica p. 67).

Secunda repetita, recognitoris Pastricii.

Repetita fuit haec Levakovichii editio A. 1688 et 1706, operam praebente Pastricio presbytero Dal-

mata, sed pariter et illo ipso solitis de incorrupta ruthenicorum codicum αὐθεντίᾳ praejudiciis innutrito et imbuto, ceterumque sat ingenue suam non solum linguae sacrae, sed ipsarum literarum obsoletam notitiam confitente. Ipsum audi. „Ergo typis inhaerere oportuit, inquit, ut quod in Levakovichii erat impressione, fideliter recuderetur [1]. Quum vero ad officia propria Sanctorum perventum esset, ibi ex penu propria haurienda erat materies. Sed ubinam expiscanda? Nimirum videbatur (sic) intelligere, quod dicebam; at verene in literalem dialectum (sic), hic opus, hic labor erat. Neque erat in tota Dalmatia, qui nosset! Consului, ut potui; per rubricas emendando ad calcem breviarii officia propria, et interim quaerere (?) modum, ut, si fieri posset, regulas grammaticae mihi elicerem, et voces. Longus tamen labor, et incertus. Adjumento non modico fuit characterum ruthenicorum peritia. Animadverti itaque, nostram breviarii linguam concordare penitus ruthenicae in libris sacris; characteres ipsos in sua varietate scribendi a modo Ruthenorum pendere et propterea (sic pro: praeterea) a graeca lingua multa trahi; adeo ut graecam primum, tum ruthenicam et sic Slavonicam in Breviario possem ac deberem habere perspectam. Rutheni duo alumni, in sua lingua docti *Sacerdotes*, grammaticam slavonicam typis editam [2] exstare retulere. Sed frustra expectarunt ex patria. Itaque coactus sum longum subire laborem in interrogando ab eis (doctis?) quae ad rem meam fieri (sic) videbantur." Retulimus fidei causa ex Assemani Kalendariis ipsius Pastricii sat soloecum locum. Quid boni expectes ab homine qui nec latine didicit, fideliterque fatetur se nec literas glagoliticas satis nosse; indoctorumque Ruthenorum admiratore etiam indoctiore!

Tertia, reformatoris Çaramani.

Tertia demum et ultima librorum liturgicorum pro Glagolitis recognitio, motore et auctore Jadertino Archiepiscopo Vinc. Zmajevich, demandata fuit 1741—1745 Matth. Caramano Spalatensi tunc sacerdoti (postea Apsorensi episcopo, ac demum ipsius Zmajevich in Jadertino Archiepiscopatu successori, et qui juvenis cum Zmajevichii fratre, Russicae classis navarcho per plures annos Petropoli fuerat moratus ibique literalem linguam slavicam e Russorum editionibus [3]) perfecte, ut ille quidem putabat, didicerat. „Is ergo, inquit Assemanus, immensum laborem subiit in emendando fere toto missali, servando proprietatem vocabulorum, et grammaticam literalis locutionis. Testes hujus rei sunt Approbatores quattuor Rutheni". Dignus omnino erat ruthenis laudatoribus Caramanus, utpote vitiorum etiam ruthenicorum ἐξ ἠμμαθείας caecus admirator. Explosis enim prioris editionis illyricis idiotismis ille ruthenicos itidem idiotismos substituit! Audi de millibus unum. Signum crucis inchoat Levakovich his verbis: Va ime ótza etc. Caraman autem: Vo imja otzà. Sed utrumque, et Va et Vo vulgare est, illud illyricae, hoc russicae dialecti, pro genuino V. (въ). Audi iterum Dobrovium etiam de Caramano. „Levakovichii missale A. 1631 sacerdotes Dalmatiae multo melius intelligebant, quia illius lingua propius aberat a domestica eorum dialecto. Sed Caramanus, falso credens, veterem linguam nonnisi in Ruthenorum libris ecclesiasticis incorruptam servari, tot russismos in suum missale invexit, ut clerus illyricus non potuerit non aegre ferre." Adde, russismos non singulorum modo vocabulorum, sed et accentuum et pronuntiationis, quibus ille primus libros glagoliticos oneravit et obruit magis quam illustravit; adeo ut quod Rutheno, quamvis incertum, quodam tamen modo placere possit (quia commodum et domesticum), idem Glagolitam ad desperationem adducat, quia et incertum et incommodum et a sua dialecto alienissimum. Ante Caramanum e. g. оца, sine accentu, legebat óца et Serbus et Glagolita; nunc per Caramani оцà cogitur legere russice! Ut taceamus de virgulis et punctis et lineolis, quibus ille, ut ruthenicum alphabetum exaequaret, glagoliticum maluit deturpare, quam ex Assemani codice, (quem norat quidem, sed nec ille nec ejus adjutor Sovich intellexerat, ut mox patebit), instaurare

1) Linguae ignarus homo necessario et σφάλματα repetierit fideliter! Quî enim faciat aliter? — 2) Fuit ea Smotriskiana A. 1619, aut Mosquensis 1648. — 3) Adverte sis, ipsam bibliorum Russicorum correctionem A. demum 1751 fuisse absolutam, Caramano dudum reverso in Dalmatiam. Reliquos autem libros semiecclesiasticos, ut sunt Prologi etc. adhuc scatere ineptissimis mendis.

antiquum plerumque alphabetum glagoliticum. Accentibus vero Glagolitae semper caruere, sicut Gothi. Non quidem negamus, accentus quandoque magno esse usui, sed sobrie eos adhiberi et simplicissimos esse jure bono volunt critici.

Nonne, qui primam epocham cum subsecutis comparaverit, jure miretur non minus quam doleat, Glagolitas sub patrocinio et tutela doctissimae Romae et a literariis thesauris per omne retro aevum in hodiernum usque diem instructissimae, quoad linguam sacram pependisse a semidoctorum Ruthenorum judicione dicam an potius arbitrio! In causa erat defectus doctorum sacrae linguae Glagolitarum, nec reprehendenda erat Congregatio de Propaganda Fide, quod saltim in Ruthenorum vastis ditissimisque provinciis huic rei melius provisum credebat. Benedictum quidem papam XIV scimus A. 1742 decrevisse Sovichio, Caramani clienti cathedram linguae slavicae literalis in Collegio Urbano, utpote certissimam hujus mali medelam; sed nescio quo infelici Glagolitarum fato etiam haec cathedra citra effectum mansit in decretis.

XVII.

STATISTICA GLAGOLITARUM.

Operae esset pretium scire, quot hodie animarum catholicarum ritus hic Slavolatinus curam gerat; aliis verbis, quae ejus olim latissime per Illyricum dominati adhuc manserint reliquiae, nisi ruinas malis dicere. Neque nos neglegimus quaerere. Sed partim in rubricis statisticis Glagolitae non ritu sed linguae tantum privilegio differentes a reliquis Latinis confunduntur cum his, ita ut eorum numerus non appareat separatim. Partim amici, quos iterato eosque diversissimos interrogavimus, quacumque demum de causa, nil nobis integri certique retulere. Notum est Segniensem aliasque Istriae et Dalmatiae dioeceses etiamnum plures habere ecclesias (dixere universim plus centum), quae missam nonnisi glagolitice celebrant. Sed non si male nunc, et olim sic erat.

Narrat e Caramani dissertatione manuscripta Assemanus, A. 1596 Aquilejae patriarcham Franc. Barbarum in concilio provinciali id egisse, ut „qui Illyricam oram colant Episcopi, in qua Breviarium et Missale lingua Illyrica in usu habetur, curent, ut illa diligenter adhibitis doctis et piis viris, qui illam linguam callent, revideantur et emendentur. Optandum tamen esset, ut— sensim Breviarii romani usus cum Missali item Rom. et Rituali Sacramentorum induceretur.” At vero his ejus optatis nec Dalmatas, nec Romanos Pontifices obsecundasse testatur idem Assemanus, Bibliothecae olim Vaticanae praefectus.

Adfert porro Assemanus locum P. Mauri Urbini (1601) italice: I Slavi della Liburnia, che sono sottoposti all' arciduca de' Norici (nostros ille vult Austriacos archiduces intelligi), ancor essi celebrano la messa et altri divini officii nella lor lingua nativa, non avendo alcuna cognizione della latina [1]). La messa stessa è conservata nelle quattro diocesi dell' Istria, Capodistria, Città nuova, e Parenzo. L' abate Pastrizi numerava nella diocesi di Parenzo 19 parochie, ed il Sinodo di quella chiesa l' anno 1733, pag. 10. costituisce sette esaminatori [2]) periti per la lingua Illirica. Nella diocesi di Pola, li Besiachi litorali del Seno Flanatico, e

1) En tibi mali fontem et causam. Literarum humaniorum studiis suo damno carent sacerdotes glagolitae. Quid enim putas nasciturum, si eodem modo Protestantium theologi, qui itidem suis linguis nativis utuntur in sacris, iisque longe slavica cultioribus et omnigena literatura praestantissimis, studia latina graecaque ignorent? Fiat applicatio.

2) Fuit quidem olim Jaderae, ni fallimur, et Almissae (омишаљ), fortasse etiam in Poglizza, Seminarium glagoliticum, dicebanturque ibi et linguam literalem doceri clerici. Sed cum nullum exstet vestigium grammaticae ad hoc impressae, malumus abbati Fortis credere, sic judicanti I, 91. Itineris sui per Dalmatiam:

„Il dotto, pio, benefico, ed ospitale Arcidiacono Matteo Sovich è passato da questa a miglior vita, verso la fine dello scaduto Febbrajo (1774?) con vero dolore di tutti i buoni, e gravissima perdita Nazionale. La memoria di quest' uomo degnissimo di più lunghi anni, e di più luminosa fortuna, non dovrà perire, se i Dalmatini vorranno aver a cuore il proprio onore e vantaggio. Il Sovich nacque a Pietroburgo sul principio del secolo, da padre Chersino colà passato al servigio di Pietro il Grande. Restovvi orfano nella più tenera età: ma v'ebbe nobilissima educazione in casa dell' Ammiraglio Zmajevich; dopo la morte del quale fu condotto in Dalmazia dall' allor abate Caraman, ch' era stato spedito in Russia per acquistar notizie inservienti alla correzione de' Breviari e Messali glagolitici. Il giovinetto Sovich fu accettato, per la raccomandazione di Monsignor Zmajevich allora Arcivescovo di Zara, nel seminario della Propaganda, dove si applicò agli studj sacri, e particolarmente a quello degli antichi Codici glagolitici. Fu di grande ajuto a Monsignore Caraman, che morì anch' egli tre anni sono Arcivescovo di Zara, nella correzione del Messale e nella redazione d' una voluminosa Apologia, che restò inedita. Ottenne in premio delle sue fatiche l' arcidiaconato della Cattedrale di Ossero, dove visse contento in filosofica

nominatamente Bersez, Muschienize, Lovrana, Castua, Vapinaz, conservano la stessa officiatura. Li vescovi di Segna e di Modrussa, sono stati il più forte sostegno del Clero illirico. Nella cattedrale di Segna si celebrano li divini officii nella suddetta lingua.

L'abate Pastrizi nell' accennato MS. numera nella diocesi di Spalatro dieci fra Capitoli e Collegiate, oltre le 30 parochie della stessa lingua.

Nella diocesi di Nona tutte le parochie sono illiriche, toltene quelle ove li Parochi sono Regolari.

Nella diocesi di Sibenico sussistono due Conventi del terzo ordine di S. Francesco.

Nella diocesi di Zara e nelle tre suffraganee d'Arbe, d'Ossero, e Veglia, tutti sono Illirici, toltene le Cattedrali e le due Collegiate di Pago e di Cherso. Vi sono pure otto Conventi del terzo ordine."

Addamus et Synodi dioecesanae Spalatensis A. 1688, (editae Patavii 1690) Caput XXIV, quod sic habet:

„Cum inter 30 parochias foraneas hujus dioecesis octo tantum sint ritus latini, ceterae Illyricorum; quoniam peculiari et speciosissimo Sanctae matris Ecclesiae privilegio, in idiomate illyrico sacra habetur liturgia, maxima habenda est ratio, ejusdem idiomatis probe addiscendi et docendi. Clerici noverint Asbuquidarium (sic) atque a peritis sacerdotibus erudiantur, qui in eam praecipue curam incumbant, ut Illyricum litterale, quo Missale et Breviarium perscripta sunt, perfecte calleant; alioquin sciant, se ad ordines non promovendos; quum apud Illyrios eadem sit ratio illyrici idiomatis litteralis, quae apud nos latini 1). — Sex sacerdotes in provincia Politii deputentur, qui alios sacerdotes in perfecta Missalis et Breviarii et in sacrarum functionum administratione observent, examinent et corrigant."

XVIII.

QUAE MALO REMEDIA QUAERENDA.

...... Sero medicina paratur,
Quum mala per longas convaluere moras.
Ovid. Remed. Am. 91.

Ac primum quidem malum hoc erat, quod Glagolitae abecenarium (ut habet codex Parisinus) bulgaricum suum facientes, tantum deminuere sciebant, augere nesciebant. Poterant enim fortasse jure suo carere signis Nro. 8, 10, 25, 30, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, utpote carentes sono quem illa exprimebant apud Bulgaros. Sed debebant vice versa, pro tot neglectis unum saltim addere pro sono ꙗ (ja) quem Illyrii et nunc habent, et semper habuerint oportet; at Bulgari nonnisi hoc signo (et sono?) utuntur pro Illyriorum ѧ et ѩ.

2) Aliud malum est; quod signorum Nro. 30 et 32 nonnisi alterum adoptarint, aut potius illius abbreviationem superne litterae insidentem ([illegible] dictam); ita ut nescias, краљ scribentes velintne краљ dicere, an кралъ. (Nam revera Slavi ad lacum Balaton dicunt кроо, лъ in o mutato; reliqui vero Pannonii et Dalmatae краль).

3) De signo Nro. 12, quod communis opinio pro jod latino habet, jam Levakovichius observavit, in psalterio A. 1222 alium illius usum; nosque putemus potius videri et figura et sono Serborum cyrillianorum ђ (nempe d et t per subsequens j emolliti sonum, qualem novimus in рођена et срећа illyricis vocabulis; Serbique non in familiaribus tantum libris, sed et sacris vetustissimis habent, Vukque A. 1824 ipse vidit in antiquissimo Evangeliorum codice membranaceo monasterii ніколм.

pace, dividendo lietamente coi poveri e cogli ospiti quel poco ch' ei possedeva. Fu richiamato a Roma più volte pella correzione del Breviario; v' andò una sola, e se ne tornò malcontento. Non abbandonò gli studj nella sua solitudine; e ne rende buona testimonianza la quantità di pregevoli schede ch' io vidi più volte standomene presso di lui. Fra queste deve trovarsi una fatica condotta a perfezione, ch' è la Grammatica Slavonica di Melezio Smotriski, messa in latino, col testo a fronte, purgata dalle superfluità, ed arricchita di nuove osservazioni per uso de' giovani Ecclesiastici Illirici. Quest' opera è tanto più meritevole di vedere la luce, quanto che la lingua sacra Slavonica, che si studia ne' Seminari di Zara e d'Almissa, non ha grammatiche ben condotte, e che, morto l'Arcidiacono Sovich, non v' è più (sia detto con buona pace de' vivi) chi possa a buon diritto chiamarsene Professore." Laudatum hoc Sovichii opus MS. nunc esse Labaci, (Augusti munificentia in Bibliothecam publicam illatum e Zoisiana), patet e Dobrovii Institt. p. LIX.

1) Idem de slavicae linguae literalis dignitate somniant et ritus graeci Illyrici: at Russi non item. Sciunt Russi, theologum non posse carere latinis graecisque literis, Slavumque praeterea etiam linguam ecclesiae suae literalem debere scire, ideoque eam addiscere in scholis. Idem hoc quod Russi, deberent sapere et nostri Glagolitae Serbique.

4) Sicque Nro. 12 primae suae destinationi restituto, hoc aegrius carebimus frequentissimi apud glagolitas soni J signo, nec nisi imperfecte scribemus ꙗко sicut, ꙗгньцъ agnus, ѥсть est, ѥщє adhuc, ꙗйцє ovum, бой, мой etc.

5) Quidni ergo aut e cyrilliano alphabeto, quicum jam ш et щ habemus commune, suppleamus τοῦ J defectum, aut e latino, quicum itidem χ et в commune nobis est? Aut quidni demum e latino alphabeto omnes literas simplices recipiamus, e nostro nonnisi iis servatis, quorum sonis nulla latini alphabeti simplex litera respondet? Sic retinendae essent ч, ш, et fortasse aliae quaedam: sed quid interest, utrum бpaтoy моємоу his literis scribas, an bratu mojemu, imo et moemu?

6) Sed ante omnia hoc sibi firmissime persuadeant Glagolitae, se decere non indignos videri tam specioso Ecclesiae privilegio; ideoque qui plura habeant, ex aequo etiam plura debere praestare; brevi, se pure pute latinis presbyteris in reliqua omni scientia pares, linguae autem privilegiariae scientia jure etiam superiores esse oportere. Ergo gymnasiis et lyceis iisque quam optimis non minus opus est Glagolitis, quam aliis, ad solidam culturam aspirantibus; tantum in Theologiae ultimo stadio addenda erit cathedra linguae Slavicae veteris, ut cum opus erit cantari missam Slavonicam, non solum cum aemulatione Dei cantetur, sed etiam cum aemulatione secundum scientiam (Rom. 10, 2). Sic Russi sapientissime administrant totum hoc linguae ecclesiasticae negotium, nosque cum illis nonnisi hoc moderamine tractandum censemus; minimeque arbitramur, presbyterum glagolitam, qui nonnisi literalem suam linguam norit, esse aequiparandum latino; hic enim, ut latinam linguam addisceret, per octo vel decem annos reliquis quoque omnibus libero homine dignis studiis operam dedit, Veterum virilem sapientiam degustavit, per reliquam vitam, si sapiat, non dimissurus: ille vero quid interea didicit? Nil nisi legere, (i. e. Asbuquidarium p. XVIII.), et (si optime successerit) intelligere linguam mortuam omnique fere liberali literatura carentem; quamque illi non tam gloriosum et utile sit scire, quam turpe, utpote suae ecclesiae linguam, nescire.

XIX.

RATIO EDITIONIS CODICIS CLOZIANI.

Volebamus primo suis typis, id est glagoliticis quibus exarata sunt, edere fragmenta Gloziana; jamque primo impetu sculpseramus ex chalybe dimidiam fere partem ectyporum. Sed avertit nos ab hoc proposito maturior consideratio; primo: hos typos ingenti pecunia parandos vix ulli in posterum usui fore, utpote nimis diversos a S. Congregationis de propaganda fide typis glagoliticis vulgaribus, ipsis quoque, nisi fallimur, propediem cessaturis; tum, sicut hebraica Samaritanorum omnia aeque perfecte scribantur literis sive rarioribus samaritanis, sive vulgatioribus chaldaicis, eadem plane ratione literas cyrillicas vulgatiores plene sufficere obeundis vicibus rariorum glagoliticarum; imo Glagolitam nostrum, si ad Ostromiri codicem A. 1057 exigatur, carere duabus hujus literis, ꙗ nempe et ѥ, quarum ille priorem (ꙗ) cum bulgaricis codicibus a suae dialecti ѣ non distinguit (моѣ землѣ scribens pro моꙗ землꙗ), et posteriore sponte caret, cum centenis aliis codicibus veteribus et recentioribus russicis una є contentus, ємоу, єго, єтєръ, моє, хвалєнъ etc. scribens pro ѥмоу, ѥго, ѥтєръ, моѥ, хвалѥнъ.

Sic in locum proprii codicis glagolitici typi parandi commode substitui potuit cyrillicus jam paratus; non tamen is vulgaris russicarum editionum, sed ex mente summi illius literaturae critici Alexandri Vostokovii ad vetustissimum Ostromirianum codicem A. 1057 accommodatus nimirum quoad vim et usum singularum literarum; ita ut e. g. nunquam ж cum оу aut ꙋ, nec ѭ cum ю etc. confunderetur.

Quod quo clarius pateret lectoribus, praemisimus in aenea tabula excusum παραλληλισμόν utriusque alphabeti, prout ea usu veniunt in optimis Codd. et libris impressis a nobis indicatis. Ope hujus tabulae, quicumque voluerit, poterit e nostrae editionis cyrillianis literis denuo restituere codicem glagoliticum.

Vin', candide lector, me duce et ἐξηγητῇ tabulam hanc perlustrare?

XX.

CONTINUATUR RATIO, TABULAE I. EXPLICATIO.

Jam vides ante omnia (columnâ 10) plenissimum Ostromiri codicem cyrillianum exhibere literas 44.

Harum tres, in graecis tantum vocibus obvias (Nro. 41, 42, 43), et duas slavicas diphthongos (Nro. 35 et 36) vides deesse in codd. glagoliticis hucusque notis omnibus, earumque supervacuas tantum tres graecas a Caramano crassa Minerva et invito S. Methodii Genio suppletas barbarissime ope apicum similiumque παρέργων, simplicibus literis impositorum; slavicas vero ambas et ipsi Caramano, cum hodiernis Russis, quorum ille caecus imitator est, deesse.

Vides secundo, cum gr. ἰῶτα (I) nunquam in diphthongum coëat cum sequente vocali, (quae contra diphthongus Latinae et Slavicae linguae familiarissima est), graecum cyrilliani alphabeti auctorem, ut et Graecos primos suos discipulos, quidni et se itidem Graecum ipse admoneret, transverso quasi bacillo junctis I et sequente vocali indicasse διφθόγγους syllabas: ꙗ, ѥ, -, -, ю, ѩ, ѭ (Nro. 35, 36, 34, 38, 40). Animadvertis in hac serie deesse signa syllabarum ji et jo. Ac, τοῦ ji quidem loco, и tantum scribunt cyrilliani, defectu magis j literae quam commode. Cum enim Trojae e. g. nomen Nom. scribas троꙗ (aut Nostro glagolita duce тро҄ѣ), Gen. троѩ, Acc. троѭ, Dativi scriptio трои pro тројн nonnisi defectu j excusari potest, non defendi; praesertim cum трои veteris Cyrilliani, destitutum recenti Kioviensium слитнаꙗ (sic enim, i. e. liquantem vocant suum ˘ impositum и literae signum prosodiacum brevitatis; quod Valachi imitati sunt etiam in ȣ̆ et ю̆ et й plane ἀσυλλάβοις) etiam μονοσυλλαβῶς legi possit: трой i. e. ternus. Imo Slavi adeo sunt amantes semivocalis j, ut et in fine vocum habeant διφθόγγως junctam praecedenti vocali, prout est in Virgilii Ecl. III, 96:

Tityre, pascentis a flumine reice capellas. (Slavus scriberet rejce). Sed cum et Graeci habuerint eandem diphthongum τοῦ ι sequentis vocalem, nullo, ut vides, signo eam indicant codd. vett. nec cyrilliani, nec glagolitici; aeque enim scribunt мои (meus) ac мои (mei, οἱ ἐμοὶ), quamvis prius moj sonet διφθόγγως, posterius autem moi aut potius moji δισσυλλαβῶς. Vides ipse, quam bene hic intercederet latinum J ad distinguendum saltim moji (ἐμοί) a moi (meus) si quidem moi διφθόγγως malis scribere more Latinis usitato aut Germanis, pro moj Slavorum et Hungarorum; quae quidem slavica scribendi ratio hoc habet commodi, ut diphthongi accentus minime sit dubius in vocali, cum contra germanica scriptio, **moi**, dubium relinquat, velisne mói legi, an moí; ideoque summus Germanorum grammaticus Jacobus Grimm in his accentûs locum coactus fuit disertim signare.

XXI.

CONTINUATUR TABULAE I. EXPLICATIO.

Sed ex ordine perlustremus tabulam. Vides eam constare 14 columnis, praemisso initio Numero elementorum, et addito in fine Sono respondente linguarum recentiorum nobis omnibus familiarium. Prima columna est literarum Nostri Cloziani codicis; secunda folii Parisini nostra pecunia ab illatibus amicis procuratae diligentissimae delineationis (quam integram habes in Tab. II.) apographum; tertia est Assemaniani Evangeliorum codicis, e Sovichii Smotriskio latino-slavo MS. nunc publicae bibliothecae Labacensis imitatio (melius tamen ordinatis literis; nam nec Sovich nec Caramanus intellexerant discrimen ѫ et оу, aut ѥ et ѧ, cujus accuratam et gravissimam notitiam Russo debemus Vostokovio, ab ipso summo Dobrovio, nedum a nobis minorum gentium Slavistis antea neglectam). Atque hae quidem e codicibus vetustissimis repraesentantur literarum glagoliticarum figurae.

Sequuntur quarto figurae codicis Kopitariani membranacei in 4to, sec. XIV; et quinto codicis Caesarei chartacei f. min. sec. XV exeuntis.

Sexto typi missalis glagolitici impressi 1483, editionis omnium principis non glagolitici solum, sed et cyrilliani characteris. Nam Cyrillianos nonnisi 1491 Cracoviae, et mox 1493 Venetiis secutos esse Glagolitarum exemplum jam supra adnotavimus.

Septimo habes typum Turresani typographi Veneti, minoris moduli sat elegantem, quo ille usus est c. 1498 — 1561; qua de causa illi adscripsimus A. 1530, aeque fere reducto utrinque spatio.

Octavus claudit agmen Caramanus, mala avi ad ruinam rei glagoliticae natus. Vides illius recentium Russorum difficilium nugarum imitationem suo exemplo centies barbariorem, scilicet Nro. 6 τοῦ є, Nro. 11 τῶν ї et й, Nro. 17 τοῦ ѡ, Nro. 26 Serborum ѣ? Nro. 30 τοῦ ы et τοῦ ь, Nro. 33 τοῦ ѣ, Nro. 42 τοῦ ѱ, Nro. 43 τοῦ ѳ, et tandem Nro. 44 bino invento pro ѵ Russorum! Nae hi longe excusabilius ineptiunt, nonnisi simplicia variantes signa; dum ille, oblitus aut

potius ἀναίσθητος methodianae simplicitatis, apicum impositione totam rei θεωρίαν contaminat barbarissime! Et viderat Assemanianum codicem, qui saltem θεωρίαν observat; etiamsi enim illius figurae Nro. 22, 37, 38, 39, 40 plus satis sint prolixae et spatiosae, attamen cohaerent ex lege θεωρίας, et quidem Nro. 22 melius quam Cyrillianum оу, nec summitatem suam, accentibus destinatam, conspurcant apicibus, qui vix non illegibilem reddunt Caramani pravissimam Russorum imitationem! Potuisset ille, si vel granum salis grammatici habuisset, vel a veteribus Romanis discere veram literarum immutandarum rationem; qui cum antea LECIONES scripsissent pro LEGIONIBUS e leniter immutato inferne C aliam literam G itidem simplicem ex omnique parte cohaerentem effinxerunt. Imo et recentiores Latinistae, cum scirent Quintilianum desiderasse signa propria consonantium I et V, viderentque utriusque literae bina signa effloruisse per lapsum temporis, sapientissime vices vocalium et consonantium ita inter haec signa distribuerunt, ut I et U vocales indicarent, J contra et V consonantes. Atque haec est vera augendi alphabeti ratio: ipsius literae figura mutanda, non vero obsidenda vallandave apicibus.

Nono habes literarum glagoliticarum valorem numeralem, proprio suoque ordine progredientem; non Graecorum, quibus serviunt cyrillianae.

XXII.

CONTINUATUR TAB. I. EXPLICATIO.

Decima columna habes literas cyrillianas vetustissimi Ostromiriani codicis A. 1057, minoris moduli, e Vostokovii et Köppenii памѧтники (Petropoli 1827 f.)

Undecima est e principe Octoechi editione Veneta 1493.

Duodecima tandem et decima tertia Bosnensium Cyrillianorum, (sive eos Croatas cyrillianos malis dicere), repraesentat characteres. E codicibus singulares tantum damus, omissis reliquis, quas communes habent cum Serbis et Russis

Decima demum quarta vides Cyrillianorum numeros literales, plane non sui, sed graeci juris.

XXIII.

CONTINUATUR. DE SINGULIS LITERIS GLAGOLITICIS.

Sed jam ad singula descendamus.

Ac primas quidem literas 1—7, modo inspiciatur in ultima columna soni explicatio, vix arbitremur egere commentario quoad vim soni. (De figura dicetur suo loco).

Itaque statim ad Nr. 8 transeamus, cyrilliani ѕ vicarium (aut vice versa). Vides eum deesse in columnis recentiorum Glagolitarum, quia rarioris est usus. Imo Dobrovius (Slavin p. 430) et illi et aliis (10 et 25) abrogat valorem literae, numeri tantum concedit. Sed vides in Nostro codice (lin. saltem 140) etiam justam literae vim habere, eandemque plane cum ѕ cyrilliano; (quamvis lin. 567 et 774 in eadem fere voce з scribatur pro ѕ).

Idem valet de repudiato a Dobrovio Nro. 10. Imo vides ipse vix non in omni verbo codicis recurrere, potestate literae cyrillianae и. Soli Recentiores Nr. 11 tantum agnoscunt, id est glagoliticum vicarium τοῦ ї cyrilliani, (tam pro и quam pro ї cyrilliano; ipseque (sit venia verbo) ἀγράμματος Caramanus, oblitus hujus signi Nro. 10, solum quod ei restabat Nro. 11 suis diversis apicibus quasi muscarum stercore distinxit, ut uno hoc repraesentaret cyrillianas quattuor: и, ї, й et ы!

Qui Nr. 31 examinet, respondentem cyrilliano veteri ꙑ (id est hodierno Russorum monstro, ni malis Serborum patrono ы 1)), suspicari possit nos praepostere ordinasse Nr. 10 et 11, potiusque Nr. 11 valere и cyrillianum, Nr. 10 vero ї; Glagolitamque suo Jєрь (30) apposuisse suum ї (10), ut ita plene et ad literam

1) Notum est et a Dobrovio passim exprobratum, Serborum codices nonnisi ь usurpare tam pro ъ, quam pro ь; ita ut e. g. дань et similia cum videas, nescias, sitne данъ (datus), an дань (tributum). Sed Serbi vicissim possint quaerere, an аминь revera sit pronunciandum, sicut scribitur, per -нь molle, sono quem nec in graeco habeat! Si Russi recte restituerunt ъ et ь, putes oblitos esse applicare emendationem ad аминь, et ad combinationem ы! Certe cum ex lege linguae slavicae ante ь in з, с et ц abeant г, χ et к; ante ы autem videamus contrarium fieri, e кнѧзь e. g. restitui кнѧгыни, rectissime et rationis et codicum nomine Dobrovius reprehendit hodiernos Russos, qui et пророки scribant pro пророкы, et hanc ipsam literam ы pro ꙑ. Ego autem putem Ruthenos ы recepisse a Serbis, et cum pro simplici litera haberent, non pro composita ex ъ et ї, sic adoptasse, non animadverso Serbismo scripturae.

responderet vicario suo ъı (seu ы). Et revera hanc rationem sequitur Sövich Dalmata in explicatione alphabeti codicis Assemaniani, satisque probabilis videri possit haec opinio obiter inspicienti; at penitius rem scrutatus necesse est videat, pro nobis militare omnia: vetustissimum nimirum alphabeti ordinem, et valorem numeralem. Certo enim est certius, figuram a nobis decimo loco positam Glagolitis et nunc valere et semper valuisse denarium (10), itemque undecimo positam valere proximum denarium i. e. 20. Sicque porro duodecimae valorem ipse vides horum fragmentorum l. 311, 230, 232, 291 τῶν 30; itemque proximae ·к· τῶν 40 (lin. 904). Atqui scis, Glagolitas numerare ex ordine sui alphabeti, non vero, ut Cyrilliani faciunt, graeci.

Adde prodire hinc et aliud: Nostrum nempe Glagolitam figuras Nro. 31 nec habuisse pro elemento simplici, sed aperte pro diphthongo; id quod revera hodieque est in ipso Russorum ore, qui suum ы, nostri Nr. 31 vicarium, διφθόγγως proferunt ut -ъй; quamquam, ut est leve et inconstans vulgus grammaticorum, in grammatica tradunt pro vocali simplici, quae respondeat polonico y! Et re quidem vera Russicum дымъ Polonus scribit dym. Sed audi utriusque pronunciationem; videbis convenire quidem sensu et κατὰ διάλεκτον, at sono minime. Propius russico дымъ est bohemicum vulgare deym; quamquam et hic appareat subtilior adhuc dialecti quoque differentia eadem, quae Bohemum jubet integra plenaque vocali E, krew dicere, quod Slavo est кръвь, per ъ dimidiam quasi tantum vocalem. Quodsi quis nobis objiciat, eundem vetustissimum alphabeti ordinem, quem pro nobis supra diximus militare ad и et ï, itidem videri favere simplici potius, quam διφθόγγῳ τοῦ ы sono (cum diphthongi non soleant apparere in alphabetis), ei respondebimus, non valere conclusionem a graeco et latino tantum alphabetis illatam. Certe alphabetum Slavicum non solum simplices sonos, sed praeter plurium consonantium compendia, quae illi cum graeco et latino sunt communia, etiam diphthongos complures exhibet. Nam praeter ѱ, ѯ (pro ps, ks) etiam ц possit esse compendium pro тс, et ч pro тш, sicut est omnium sententia щ pro шт aut шч. Et ѩ, ѥ, ю, ѭ et ѧ nemo facile neget esse diphthongos, eandemque igitur etiam esse τοῦ ы rationem. Si porro quis dicat, Russis ы certo certius esse vocalem simplicem, non diphthongum; quippe qui добрый non sic sed добръй scriberent, si quidem ы (ъı, ъи) haberent pro diphthongo ex ъ et и aut ï. Sed ad haec jam supra respondimus, ubi parum sibi constare vulgus grammaticorum diximus. Certe Russus, qui vulgari sua dialecto доброй et dicit et scribit, hoc satis ostendit, se slavicum nonnisi ъ more suo mutasse in о (prout во, со, ко ex въ, съ, къ), nec curare quo devenerit reliquum τοῦ ы dimidium. — Gravior esset objectio quaerentis, si diphthongus sit ы, qua ratione sit legendum lin. 559: невидимъиїми (hodierno more scriberetur невидимыими cf. Dobrov. Institt. 502, sed fugiunt haec difficiliora hodierni). Respondendum tamen: eadem qua Homeri (Iliad. II, 20; II, 791: XVI. 177) gr. υἷι (filio), ubi pariter diphthongo υι vides subdi alterius syllabae ι. Restaret quidem insoliti quid scribentibus, insuetis videre scriptum sic: невидимъйїми, aut vel невидимъйими, й mediâ inter duas vocales, cum nonnisi post vocalem soliti sint videre. Sed animadvertimus jam prius, totum hoc й (и cum слитнаѧ) esse recens Kioviensium inventum, sat quidem utile, sed ut vides quandoque et incommodum. Ex omni ratione praestaret J.

Venio nunc ad Nr. 12, figuram deficientem in Cyrillianorum alphabeto solito; visam tamen a Vukio etiam in vetustissimo cyrilliano evangeliorum codice membranaceo monasterii николѣ ad Moravum fl. in Serbia, usurpatam in vocibus plane iisdem, ad quas illam Glagolitae quoque adhibent: анꙉели, еванꙉелїе. (Imo et Joh. XIX. 24: меꙉимь ѩрꙉьїе plane serbica aut croatica dialecto, quo loco rectius habet мещимь Mardarii editio 1552 et Vulgata Russorum метнемъ (pro метнѣмъ). Qui quidem Serbismus, qualem in nostro Glagolita minime invenias, licet dubiam reddat remotiorem codicis antiquitatem, gravis tamen et idoneus est testis usurpatae etiam a Cyrillianis in sacris libris hujus literae, et vi et figura si non ejusdem, saltem simillimae glagol. Nr. 12: arcum enim quem Glagolita, altitudine, vix dimidium sequentis crucisne an unci, praejungit: Ⰼ, Cyrillianus subjungit: ꙉ. Nec male Serbi, suum ꙉ cum Y suo inverso sive malis praecipitato comparant, cujus est illud emollitio. Quod enim Russis et Carantanis est ночь, Serbis ноꙉь est, sono τοῦ ч quasi duplo emollitiore; nam semel jam mollierant illi (Russus et Carantanus) si noctem lat. conferas. Sed in меꙉимь alteruter tantum Serborum τοῦ ꙉ sonus

auditur, (cujus quidem scriptionem non tentarunt veteres et genuini Glagolitae; at recentiores quasi aliud agendo, шщ scribentes pro щ glagolitico, sat indicabant, se praecursores esse Caramani, qui denique corruptelam ab iis coeptam perfecit; idque contra suum ipsius propositum Russis omnia assentandi! Eccur tandem, si quidem statutum erat, Glagolitis indicare quasi locum peccandi, (ἰδιωτικῶς nempe legendo ћ pro щ), non intaminatam reliquit щ veterem figuram soni щ, suumque potius vulgarem et profanum ћ sonum signavit suo tridente superne punctato, aut si mavis conspurcato: ш̇?— Hunc ergo emolliti т aut к sonum Nostri quidem codicis fig. 12 nusquam repraesentat; verum alterum, aeque frequentem Serbis, itidemque in Vukii Nicoliensi codice indicatum, emolliti nempe д aut г, ut auditur in vocibus анђели, еванђеліє; (ipsoque Magyarorum nomine, quod Serbi quidem aliter pronunciant quam ipsi Magyari; hi enim sibi sunt мађари, Serbis contra мацари, per џ aequivalens Anglorum j et Italorum gi, cum ђ potius valeat dj literas lenissime colliquescentes. Liceat hic obiter notare, doctissimum Klaproth, Asiae polyglottae auctorem, si forte џ literam in cyrilliano Valachorum alphabeto obviam novisset, non fuisse combinaturum russicas дж, cum ad eundem plane sonum indicandum simplicis literae pateret usus.

Sed ad Serborum ћ et ђ redeamus. Ut ex codice Nicoliensi apparet, Serbis una ⅄ figura valebat emollitarum tam д aut г, quam т aut к literarum sonos sat diversos; donec nostro hoc aevo idem Vukius honoris causa a nobis nominatus modica, quam vides, inflexione, distinxerit ћ et ђ, illi т et к emolliti relicto valore, huic д et г emolliti, assignato. Et, quod est aptissimi inventi argumentum, adoptarunt id Serbi fere omnes, quamvis partim exosi reliquas Vukii novationes aeque plausibiles.

Ignosce, amice lector, invito extra propositum huc illuc delato, exundante undique materiâ. En nos tandem, quo tendebamus, in Glagolitarum ⅄ (Nro. 12). Recentioribus id Glagolitis est purum putum J recentiorum itidem Latinorum (quoad figuram nempe recentiorum; nam sonum verissimum recentioris J etiam Ciceronem protulisse in MAIIA i. e. Maja [etiam glagoliticus Cicero possit, imo fere debeat scribere май-ѣ et ostromirianus маи-ꙗ], e Quintiliano aliisque certo certius patet), quin tamen ausint eo libere uti ad hunc sonum scribendum! Sed jam Levakovich A. 1634 e Nicolai psalterio anni 1222 observaverat, hanc figuram non satis respondere τῷ J; „quippe in Kalendario illi codici 1222 adnexo nominibus Georgii, Evangelistae, Vigilii et Jovita e scriptis non glagoliticâ τοῦ J figurâ (Nro. 12, i. e. serb. ђ) sed per г et per и". Vides hominem, theologum magis quam grammaticum, non male miscere quadrata rotundis. Nos quidem sponsione ausimus certare, aut deesse plane in Nicolai psalterio figuram Nro. 12, aut si adsit eam et ad scriptionem Evangelistae aeque usurpari ac in hoc, quem edimus, Cloziano codice. Quamquam de Georgio, Vigilio, nedum de Jovita credamus Levakovichio, utpote de vocibus minus tritis, ideoque verum J et G habentibus, nondum emollitum subjecto j. Sicque P. Raphael Levakovich nolens volens auget nostram suspicionem falsae τοῦ ђ interpretationis, tanquam quod j valeret, cum proprie valeat colliquescentes dj, i. e. Serborum ђ. Et erat nimis pronum sic peccare Croatas litorales, qui cum Carniolis, (in aliquibus et ulterius progressis, ipsorumque Croatarum predja in preja emollientibus), Serborum ђ (dj) plane in purum j emollierunt: Serborum nempe ђ in рођенъ etc. illis nonnisiројенъ sonat. Adde, si quidem haec figura valuisset j, vix potuisse fieri, ut cum sonus J longe omnium frequentissimus sit et familiarissimus Slavis, ea tamen occurreret rarissima. Negat Levakovich eam usurpari a Nicolao clerico in vocibus Геωргїй etc., in qualibus tamen ipse Caramanus eam subinde usurpat (e. g. in titulo Abecedarii sui славенскїй ultima й litera redditur glagolitico Nro. 12; itemque in titulo Missalis Римскїй), sed plerumque in ipso textu praefert suum Nr. 11, cum recens a se invecta слитнаѧ russica. Deberet glagoliticum Nro. 12 signum occurrere, ubicumque Cyrillianus habeat ꙗ, ѥ, ю; ай, ей, їй, ой, оуй etc. Sed frustra quaeras in talibus. Invenies in Nostro et supparibus nonnisi loco Serbici ђ. Levakovichios, ipsos male sibi conscios, et ἀγραμμάτους Caramanos licebit negligere.— Addamus et hoc, praeter ш, щ, ю, ф, etiam hanc ђ literae figuram utrique alphabeto communem, testari communem utriusque originem, sive antiquiorem, sive supparem SS. Cyrillo et Methodio. Addamus secundo, summum Dobrovium, si vetustissimam Nro. 12 figuram novisset, non fuisse dicturum

quod illi, recentiorem tantum intuenti, in mentem venit dicere (Slavini p. 430) esse illam natam e Nr. 10 et 11 cyrillicis ЫI junctis. Potius putes esse graecam ΓΙΕ syllabam (quae sono serbici ђ, imo et latini j proxima videatur) sic contractam; nisi fortasse malis praeferre Vukii opinionem, esse serbicum ћ natum e ч subverso; glagoliticum autem e serbico, praejuncto, quem Serbus subjunxerat, arcu. Addamus denique tertio, nos hanc glagoliticam Cloziani codicis figuram, non obstante justa nostra de illius sono et usu suspicione, non tamen ausos reddere serbica ћ aut ђ in transcribendo literis cyrillianis codice Cloziano glagolitico, sed obsecutos esse consuetudini abecedariorum, quae per J jubent reddi, literam et ipsam pulcherrimam, et Glagolitis etiam pro ђ adeo peculiarem, ut certus sis, ubicumque Serbus habeat ђ, Glagolitae sufficere suum J; idque praeter immensum in reliquis J literae usum Serbo et Glagolitae communem.

XXIV.

CONTINUATUR EXPOSITIO TABULAE I.

Ad Nr. 13 observes velim, 1) τοῦ κ figuram Glagoliticam antiquissimam de regula habere tria quasi crura; in Nostro tamen codice jam et apparere multatam tertio, prout nunc viget. In codice autem chartaceo A. 1493 redire quasi tertium crus, sed superne; ita ut haec recentior figura repraesentet veterem inversam. (Non tamen satis diligenter imitatus est chalcographus. In codice hoc solo differt recentissima figura a media, quod superne est aliquando productior, directione tamen proniore, non angulata; nec ejus inferius minusque crus descendit infra lineam).

Nr. 14—21 nil egent commentario. At Nr. 22, оу glagoliticum vides aeque ac cyrillianum оу conflatum ex 17 et 44, id est ex о et у; sed et simplicem ejus U sonum a Glagolita indicari juncto superne utroque signo; id quod non vides in cyrilliano quidem оу, at in Ѹ et ѵ. Nos tamen maluimus оу substituere, quam ѵ, quia prior scriptio propius respondere videbatur origini utriusque alphabeti communi. Russorum у simplex quidem est signum, sed aeque mancum ac si Gallus CU scribat pro COU. Hac de causa malumus ѵ, ipsumque оу, quam solum у, quod proprie latini y, graecique υ vim habet, non u aut ου.

Nro. 23 jam diximus esse sat aperte graecum Φ, sicut est cyrillianum ф.

Nro. 24 jam Dobrovius comparaverat cum lat. h. Quid autem, si Glagolita id e suo γ (Nro. 4) efformaverit, omisso ejus annulo initiali? Certe sonus glagolitici χ longe fortior est, quam lat. h, planeque idem qui germanici ch, aut hodierni graeci χ, cyrilliani χ, hispani j aut x.

Nro. 25, rarissimi usus, in Nostro certe codice nonnisi in particula exclamationis vocativi: ω. Vides esse figuram Nro. 17, auctam a fronte falcula, quasi circuli complemento.

Nro. 26 vides utrumque signum ex ordine; sicque semper scribit Noster codex, cum plerisque bulgaricis. Assemani tamen codex glagoliticus habet et compendium solitum щ simillimum cyrilliano, nisi quod manubrium tridentis pro linea recta habet circulum. Vide e. g. Tab II, speciminis Vaticani lineâ antepenultimâ vocem нощъ. Bulgari hodieque proferunt ut шт; idem faciunt Serbi seu Illyrii, nisi quod in voce нощь plurimisque aliis ex natura suae dialecti ћ habent pro щ. Russi vero et Carnioli pro Bulgarorum сєлиштє dicunt сєлишчє; haecque pronuntiatio, Russorum puto auctoritate, nunc in abecedariis linguae ecclesiasticae pro vera et legitima traditur: щ sonare шч, non шт. Ceterum etiam Russi et Carnioli non ubique habent щ, ubi Bulgari et lingua sacra habet; quaeque Illyrio pro нощъ est ноћь, etiam in horum dialectis pro нощъ est ночь. Imo Carniolorum pars superior e сєлишчє fecit сєлишє; at inferior retinuit сєлишчє. Sed haec obiter dixisse licebit.

De Nro. 27, 28, 29 sufficit ultimae columnae explicatio in ipsa Tab. I.

Sed Nro. 30, 31, 32 ipse vides esse signa plane nova in abecedariis glagoliticis.

Habet quidem MS. Sovichii Smotriskius in praefatione; ipseque adeo Dobrovius e Smotriskio in Tab. sua quarta p. 69 habet ultimo loco et haec signa utcumque sculpta, sed absque explicatione; ipsâque p. 689 illorum meminit cum injusto, quo ille tenebatur, praejudicio fraudulenti inventi! Nos vero gaudemus, ad absolvendum falsi crimine Assemanianum codicem, praeter unum Parisinum, saltim novae sive ь, sive ъ, glagoliticae figurae testem, nunc e Nostro Cloziano codice duos nobis accedere testes et ь et ъ etiam a Glagolitis luculentissime signati. Sed hi prae-

sentissimi tres testes etiam hoc nos docent, hodiernum Glagolitarum ɪ (pro Nro. 30) nil esse, nisi demissum intra lineam sive ex parte sive totum (ʻ) cyrillianum; hocque, ut tamen et superne restaret qualecumque τοῦ (ʻ) signum, signavere novo quasi invento, spiritu leni (') sive malis apostropho. Ita e. g. supra p. XIV, linea 2, vocum витѣзъ силнога prior in fine habet ɪ, altera ʌ̊ (ʌ cum jerik). Et nescias, cum jerik (ʻ) Cyrillianis ipsis et τοῦ ъ et τοῦ ь vicibus fungatur, an Glagolitae recentiores distinxerint diligentius. Equidem putem, fungi hoc unum ɪ Glagolitis vicibus et τοῦ ъ et τοῦ ь, more serbici ь, itemque (') more itidem serbici (ʻ). Pagina tamen XIV debui sequi abecedarii praecepta, quae ɪ dant pro ъ (non pro ь).

XXV.

ABSOLVITUR EXPOSITIO ALPHABETI GLAGOLITICI.

En nos tandem proximos τῷ τέλει alphabeti glagolitici, sed parti vix non obscurissimae totius operis. Quare eo magis necesse erit, nos ex ordine procedere.

Ac de Nro. quidem 33 jam supra, §. XVIII. sumus conquesti, quod Glagolitae ei literae, quae bulgaricae quidem dialecto, carenti fortasse diphthongo JA, ejusque loco proferenti JE (sicut e. g. eâdem, si Dobrovio credas elegantiâ, свинѣ e. g. pro свинꙗ dicendi, laborat Bohemorum quidem, at non et patruelium Slovacorum dialectus) recte apteque uno JE fungebatur officio, duplex imposuerint munus, et τοῦ ꙗ et τοῦ ѣ. Caramanus quidem, turcica sua methodo, putabat se satis distinxisse ѣ sonum ab ꙗ, distinguendo ѣ sono impositâ figurae Nro. 33 superne suâ muscâ (ut vides col. 8). Sed jam satis confidimus nos probasse hujus methodi barbaram ineptiam. Adde, e Nostro codice aliam quoque et altiorem plane oriri indaginem. Nam ex una parte Caramani et in genere Recentiorum figura glagolitica Nro. 33 non solum cyrillianae ѣ et ꙗ, sed et ѧ (glagolitici Nr. 37) est vicaria! At Noster codex Clozianus diligentius ipso antiquissimo A. 1057 Ostromiri cyrilliano codice distinguit Nro. 33 à 37; (vix Polonus faciat accuratius)! — Ceterum, cum vix possit dubitari veteres quoque Croatas, sicut hodiernos, dixisse моꙗ свинꙗ (mea porca), non (cum Bohemis hodiernis et fortasse veteribus Bulgaris) моѣ свинѣ, apertum est primo, deesse, pro illis in hoc ipso uberrimo Cloziano codice signum saltem diphthongi ꙗ, (imo et ѥ, siquidem Ostromirianum velis aequare, et cum illo моѥ (meum) scribere pro мое et hujus Cloziani et russicorum codicum plurimorum, et librorum nunc omnium). Secundo, Glagolitas recentiores abuti figura 33, quae Ostromirianum ѣ valet, etiam pro fig. 37 quam ignorant, quaeque est Ostromiriana ѧ, et usu et sono vero satis diversa a fig. 33. Atque usum quidem quod attinet, Polonis is facillime traditur dicendo, esse vetus Slavorum ѧ ubique ię polonicum: сѧ się, имѧ imię etc. Sed de sono plus est disputationis, cum et Poloni in mediis tantum vocibus rhinesmum observent, in fine contra negligant; meridionales autem Slavi omnes et singuli, non modo Illyrii, sed et Bulgari et Carantani, quorum propria olim fuit dialectus ecclesiastica, rhinesmum non ignorent tantum sed adeo abhorreant, ut et in alienis, si qua adoptent, emungant: Sontius fl., Italis L'Isonzo, Slavis est coча; Ancona ꙗкинъ [1]).

1) Nota obiter, in ꙗкинъ, Anconae etiam ω mutatum in и; quibus adde нинъ e Nona, скрадинъ e Scardona, ut minus mireris, etiam ipsam Romam Slavo esse Римъ, per и, et masculini generis. Huic φαινομένῳ accenseas et Ruthenorum (Microrussorum) кинь pro конь, imo et бигъ pro богъ etc.; quamquam diversas ni fallimur a prioribus, quippe natas ex o μικρῷ in и mutationes. Sed nota et aliud, proprie huc pertinens. Audivit suis exercitatissimis auribus doctissimus Matthias Чѣпъ, Caesari nunc a bibliotheca Lycei Labacensis, antehac humaniorum literarum professor publicus, a Slavis Carinthiae circum Bleyburg pro reliquorum omnium Carantanorum (seu quos Pannonicos Slavos appellamus) pôt (o producta sicut est in gallico: Apôtre) pronunciari cum ipsissimo Polonorum rhinesmo: pąt, (id est: ponte, more gallico quoad n nasale). Habes ergo ad hunc usque diem polonicum ą in ipsa Carinthia, ipsorum antiquissima, si Kadlubkoni credimus, Polonorum patria. Sed haec per πρόληψιν. Nam de polonico ię hic prior est quaestio. Verum etiam hujus hodieque in eadem Carinthia servati testem idoneum adducit idem M. Чѣпъ doctissimum parochum Urbanum Jarnik, Slavum natum ad fontes Dravi in valle Julia, testantem, illius vallis incolas adhuc dicere cum rhinesmo vere polonico e. g. sięжem, uprięчи pro reliquorum Carantanorum omnium сѣжемъ, оупрѣчи. Haec si quis certa testimonia conferat cum plus mille vocum Slavicarum ab Hungaris in Pannonia adoptatarum cum rhinesmo (vide Leшkae Elenchum), et vetustissimorum codicum Slavicorum constanti discrimine τοῦ ж ab оу, et τοῦ ѧ ab ꙗ aut ѣ, vix, puto, dubitabit, fideliter distinxisse et antiquissimos S. Methodii dioecesanos inter ж et оу, itemque inter ѧ et ꙗ et ѣ. Sed alia est quaestio, utrum hoc discrimen gallico rhinesmo responderit, an potius vocalibus ô et ê productis? Pro rhinesmo patrocinatur Polonorum et Hungarorum exemplum, et rhinesmi in ipsa Carinthia hodieque vigentes reliquiae: at contra stant reliquorum Carantanorum omnium et Bulgarorum et vel Serborum hodiernus usus et rhinesmi horror.

De Nro. 34, vicario cyrilliani ю vix est quod moneamus, nisi esse ambos hos characteres ita similes invicem, ut et eos adnumeremus memoratis superius testibus communis utriusque alphabeti originis. Putamus nempe, aut unum eundemque auctorem esse utriusque, aut quemcumque demum alterutrius auctorem prae oculis habuisse alterutrum.

Nro. 37 respondet ѧ Ostromiriano; et Nro. 39 ejusdem ѩ. Sic et Nro. 39 τῷ ѫ, itemque Nro. 40 τῷ ѭ. Vides igitur Nr. 38 et 40 nil esse, nisi 37 et 39 cum j praemissâ diphthongos. De sono autem Nro. 37 et 39 vocalium sive productarum, sive nasalium, vide momenta dubitationis in nota praemissa. Hoc tantum repetimus, in codicibus utriusque typi vetustissimis diligenter servari discrimen harum vocalium omnium, in recentioribus contra (praeprimis ѫ, ѭ, ѩ) fere ignorari, aut vel disertim repudiari pro bulgaricis et valachicis.

Sic quae Antiquis рѫка, бѫдѫ, вѣроуѭ, ѩзыкъ, Hodiernis роука, боудоу, вѣроую, ꙗзыкъ et ѧзыкъ scribuntur. ꙗ item et ѧ Russi plane detorserunt ut synonyma et aequipollentia ad aliud ministerium, sonumque unius ꙗ diphthongi.

De Nro. 44 denique hoc unum adjiciemus, videri efformatum e latina y, sat etiamnunc transparente in Cloziani codicis figura, et magis etiam in Parisina. Nota et hoc, Parisinum folium solum hoc y recepisse in alphabetum, idque hič (pro: yk) vocare; et ipsi lectori reliquisse combinationem τοῦ 17 et hujus 44 ad formandam pseudodiphthongum similem graecae ου. Idem fecit, sibi constans, et ad Nr. 31, omissa ы diphthongo. Itemque Nro. 26, omissa combinatione τοῦ шт. Sed minus bene omisit et alia necessaria; ut de Nro. 12 taceamus, aegre feras omissa Nr. 37, 38, 39 ab eo, qui habeat Nr. 40. Sed putamus, quicumque in folio Parisino excepit sive e codice, sive ex ore ludimagistri bulgarici illud „abecenarium", id obiter et curiose potius quam diligenter et accurate voluisse facere.

XXVI.

IN CARAMANUM EPICRISIS.

De Caramano jam supra questi sumus, eum more minime cyrilliano apicibus ceu muscarum stercore inquinasse simplices literas glagoliticas, ut Russorum difficiles nugas, ex parte quidem superfluas, omnes tamen ex theoria scripturae Caramanianis longe tolerabiliores, exaequaret. En hic conspectum sapientiae Caramanianae:

Nro. 6 glagolitico imposuit signum prosodiacum longae vocalis, ut russ. є repraesentaret, quod non est per se longum. Idem fecit ad Nr. 11, ut russicum ï aeque anceps nancisceretur. Itemque ad Nr. 17 pro ѡ, quod nec ipsum, non obstante graeca figura, ubique est longum. Item ad Nr. 30, ut russicum ы extunderet. Tandemque ad Nro. 44 pro υ graeco, (ut ille quidem ait, sed rectius pro υ graeca in diphthongo, ut est in παῦλος; nam pro υ vocali habet aliud signum bis punctatum superne). Ergo quinquies abusus est hoc longitudinis prosodiaco signo ad diversissima ministeria!

Ad Nr. 11 plane ipsissimam Russorum єлитнамm suae I imposuit, pro й nanciscendo. Eidemque suae I duobus punctis impositis voluit gr. y in hyssopo etc. indicare. Eadem duo puncta Nro. 22 imposita ex оу debuere facere υ graecum, quod ille ἀγράμματος esse putabat in mensis Augusti vocabulo (nam revera Augustus lat. idem gr. υ habet, quod Paulus; tantum Italorum Paolo differt primis syllabis ab illorum Agosto).

Eadem turcica methodo ille e suo Nro. 30, imposito illi accentu acuto, fecit ь; bis male, si quidem ipsum Nro. 30 sit jam ь Serborum, quaerendumque aut creandum potius fuerit ъ.

De musca τῷ Nro. 33 insidente jam supra diximus, omnino quidem desiderari in alphabeto glagolitico signum pro ꙗ, sed damnari turcicam Caramani methodum.

Hanc tamen ille continuavit usque ad ѳ exaequandum, suae т imposito signo abbreviationis, itaque illa transmutata in ѳ!

Cumque oblitus sui repraesentandorum Russorum propositi, vero genuinoque щ, pro Serborum ћ esset abusus, etiam hanc litteram tribus muscis exornavit, ut illi genuinum pristinae simplicis redderet sonum! Nonne ille, si quidem ineptiendum erat, minori scandalo suas muscas adhibuisset ad repraesentandum sonum, nec russicum, nec slavicum, sed quem se quidem cavere profitebatur, illyricum vulgarem i. e. ћ?

Nonne, ut uno verbo dicam omnia, (si quidem Russica librorum sacrorum recensio erat invehenda

in Glagolitarum ecclesias) nonne, inquam, satius erat, eam cum ipso plane alphabeto cyrilliano ipsisque Russorum, ut supra diximus, longe tolerabilioribus novationibus invehi, quam glagoliticum alphabetum tot tamque inconsequentibus taediosissimisque circumvallationibus deturpari et reddi illegibile? In has nostras querelas consentiat, quicumque priorem aliquam Missalis editionem, sive principem A. 1483, sive recentiorem Levakovichii, sive intermedias contulerit cum Caramaniana. Pura ibi sunt omnia, et plana, quasi pulchra aliqua lapidaris inscriptio, sive latina sive graeca, literis uncialibus: in Caramaniana contra obruta et conspurcata muscis linearum intervalla.

Nec accipimus excusationem, illum sic fecisse ex altiori jussu. Aequi potius bonique consuluerint Superiores, quae fecerat Caramanus illiusque adjutor Sovich, approbarintque quattuor Rutheni (etiamsi revera non essent, tamen et ipsi sibi et aliis visi) rei periti; judicare enim ipsi Superiores nondum poterant. Sed modo effectum habuisset Benedicti XIV decreta 1742 linguae Slavicae sacrae cathedra, nae jam fortasse ipse Sovich quantumvis propensus Russorum admirator, utpote apud illos natus, et (Fortisio familiari teste) splendide educatus, duce Assemaniano codice tamen resipuisset; aut certe illius primus in illa cathedra successor extitisset Glagolitarum, aut potius genuinae Methodii linguae et scriptionis vindex et ultor!

Quae omnia cum ita essent interea, facile vicit Caramani sat mala causa pejorem etiam Stephani Rosae, qui hodiernam Ragusinam dialectum volebat substituere Slavicae veteri, adeoque erat ignarus veteris, ut nec animadverteret Caramanianam inepte ρουσίζειν, praeter consilium et necessitatem.

At parum profuit Caramano facilis ex imperito hoste victoria. Cum enim tot difficultatibus obstruxisset glagoliticum suum missale, illius pertaesi lectores indies auxere contenta tolerati apud se libelli (κατ' ἀντίφρασιν?) Schiavetto dicti, qui primitus Epistolas et Evangelia linguâ vulgari (in latina similiter ecclesia permissa) continebat; nunc autem, quam prae oculis habeo, novissima ejusdem editio Fluminensis, (u Rici 1824, Fol., 470 pagg.) non solum „Epistolas et Evangelia, sed jam et" Orationes Sanctorum Feriarumque, nec non ceteras Preces „continet, idque purissima lingua vulgari, literisque latinis modo sat simplici combinatis (quoad quidem ejus fieri potuit per solam literarum latinarum combinationem, non admisso, quod optabat Leibnitius, novo alphabeti latini ad instar G, J, U novarum literarum augmento). Putem, quae de strictissimo praecepto lingua veteri dicenda sint, ea haberi impressa aut descripta aliarum editionum, neglectâ Caramaniana utpote peregrina et aliena, ideoque et difficillimâ et ingratissimâ.

XXVII.

AD TAB. I. PARTEM CYRILLIANAM ADNOTATIUNCULAE.

Prima cyrillianae partis columna repraesentat vetustissimum Ostromiriani Evangelii A. 1057 alphabetum. Secunda item vetustissimum Venetiis impressi Serborum libri Octoechi A. 1493. Vides utriusque columnae characteres satis concordare, excepto:

Nro. 30, qui in prima est ъ, in secunda ь
Nro. 31 — — — ъı, — — ы
Nro. 32 — — — ь, — — ь.

Sed causam scis ex prioribus; nimirum Serbos, quibus fortasse jam sec. IX perierat penitius discrimen vocalium mutarum ъ et ь, utrumque indicasse unâ ь (potuissent et unam ъ ad idem ministerium servare); itaque etiam pro Nr. 31 nonnisi ы remansisse. Mirere potius Russos in his diligentiores non animadvertisse Serborum negligentiam, sed ъ quidem requisisse, ы vero et аминь citra crisin recepisse a Serbis.

Vides praeterea, veras maximeque necessarias dialecti methodianae vocales diphthongosque ѧ, ꙗ, itemque ѫ et ѭ recentioribus Serbis aeque ac recentioribus Glagolitis deesse. De Nro. 12 satis diximus in parte glagolitica.

XXVIII.

NOTA DE LITERARUM VALORE NUMERALI.

Summus Dobrovius ex hoc capite, nescio an satis recte, primas tribuit Cyrillianis, quippe qui graecarum tantum literarum ordinem observent, slavico (utpote barbaro?) nihili habito! Sed haec quidem viderint Russi, an velint velificari notae graeculorum ὑπερηφανείᾳ; nos quidem certe praeferimus Glagolitae rectitudinem, ex sui alphabeti ordine numerantis.

XXVIII.

TABULAE II. EXPOSITIO.

Specimen 1. habes cyrillice transcriptum p. 14, lin. 554—560. Fuit hoc primum chalcographi nostri periculum. Satis tamen diligenter expressit unciales inscriptionis literas, e quibus melius pleniusque videtur illucescere singularum character. Hac de causa alteram quoque uncialem inscriptionem vixnon integram dedimus in Specimine 2.

Specimen denique 3. ejusdem Cloziani codicis initialem Ч (vocis чьто p. 90 hujus editionis) repraesentat accuratissime.

Specimen 4, a chalcographo attentatum primum omnium, in hoc differt a διαγράφῳ (facsimili) nobis Romae procurato intercedente Oratoris Austriaci Secretario nobili Domino ab Ohms, quod plerique literarum ductus asperiores hic appareant in tabula quam in illo διαγράφῳ, reliquo earum charactere sat fideliter servato. En hic simul specimen transcriptionis cyrillianae nostrae, quam in hac totius codicis Cloziani glagolitici editione observavimus. Legendum est nimirum totum hoc glagoliticum specimen 4. cyrillice sic:

НЕ҃Д Е҃ ЕВА҃Н О҃ ІО҃Н ГЛА҃В О҃Ѳ: 1)

(1) Въ о҃н (i. e. compendium pro: Въ оно врѣмѧ) прихо- (2) да Іс҃ъ. (3) видѣ чл҃ка (4) слѣпа о҃ ро- (5) дства. І въ- (6) просиша і оученї- (7) ци его гл҃ще. оу- (8) чителю. кто съ- (9) грѣши. сь ли, ілї (10) родителѣ ѐго. да (11) слѣпъ родисѧ. о҃- (12) вѣща іс҃ъ. Нї сь (13) съгрѣши нї роди- (14) телѣ его. нъ да ѣ- (15) вѧтъсѧ дѣла бо- (16) жїа на немъ. мъ- (17) нѣ подобаетъ дѣ- (18) лати дѣла (19) посълавъшааго (20) мѧ. доньдеже де- (21) нъ естъ. приде- (22) тъ нощъ. егда нї- (23) ктоже не мотъ 2) дѣ- (24) лати. ѐгда въ—

Plura hic animadvertas velim. Primo pulchram initialem В', cum faciebus pictis Salvatoris et Caeci, cumque ἐπιγραφῇ in codice glagolitico cyrilliana: Servatoris nempe vides ipse solitum compendium іс҃ х҃ (їисоусъ хрїстосъ), Caeci autem parte posteriori minus luculenta: слѣпьцъ. Secundo, abbreviaturae signum per omnes compendiatae syllabae aut vocis reliquas literas continuatum. Tertio, quamquam plures jam adsint literae majusculae sive versales, omnes tamen a minusculis sola ductûs amplitudine differre, non geminatione (ut postea usu venit, e. g. in majuscula τοῦ А, Г, Н, П, Р, Х, quales literas albas (blanches) Galli vocant. In specim. 6. voce ultima: Равн ipse vides tale Р, geminato primo ductu. (Sed et cyrilliani codices similes habent geminationes, non receptas in libros). Quarto, accentuum diversas formas; quarum aliquae videntur τοῦ Jerik vicibus fungi ut in voce е҆гда; aliae j soni, ut linea ultima in eadem voce ѐгда pro jegda? Sic et in nomine і҆съ quasi Jisus? Et lin. 6: въпросиша ѝ quasi jи? Sed haec alio loco quaere, e. g. in doctissimi Alex. Vostokovii descriptione codicum Ostromiriani et Supraslienis. Hic sufficit adnotasse, juniorem fortasse esse Assemanianum codicem qui habet accentus, quam Clozianum qui iis caret, aut saltim pauciores habet. Sed et hae, graeculorum nobis fere inutiles nugae alii tempori et loco sunt reservandae.

Specimine 5. habes celebre folium Parisinum „abecenarii bulgarici"; cum literarum appellatione slavica latinis literis perscripta, quae nos plura docet. Primo iniquiorem fuisse Dobrovium in Maurinos de aetate codicis glagolitici, illo quidem judice, temere judicantes. Sed jam 1814 sciebat Dobrovius latinum quoque characterem adesse in illo folio. Nonne igitur poterant illi diplomaticae artis perfectores ex ejusdem scriptoris latino appellationum charactere sat legitime judicare? Docet secundo, Bulgaros accentu differre a Russis; quae enim hic literae гла́голи, до́бро, жи́вете, ѕѣ́ло, зе́мꙗ, по́кой signantur accentu in prima syllaba, eae Russis sunt глаго́ль, добро̀, живѣ́те, ѕѣлѡ̀, землѧ̀ (abusive ѧ̀ pro ꙗ), поко́й. Scimus hoc et aliunde. Eo magis reprehendendus est Caramanus, quod peregrinis accentibus voluerit adstringere assuetos suis domesticis et verae linguae methodianae proximis. Tertio, nescias, quid sibi velit peller nomen impositum literae praecedenti antepenultimam, ipsique imperfecte expressae, ut dubites, velitne ъ an ь? Vide, an tibi satisfaciat, quod nobis in mentem venit, esse peller pro пајеръ, id est glagoliticae literae recentioris (Nro. 30 columnarum 4—8) quam supra opinabamur e Serborum pajerk ortam, sig-

---

1) Haec compendiata lege sic: недѣлꙗ 6. Ѥвангелїе отъ Іоанна, глава 89. Animadverte sis veterem capitis numerum 89 eusebianum, qui hodiernum Joh. 9, 1—5 comprehendit cum aliis. — 2) Sic aperto errore pro: не можетъ.

num veterius, vice fungens et apud Glagolitas et apud Serbos recentiores tam τοῦ ъ, quam τοῦ ь. Observa quarto, antepenultimam literam ѣ appelari hiet i. e. jet, non ять ut Russi appellant sibi ipsi contrarii; nam illi nunquam ѣ pronunciant ut ꙗ, sed semper ut je (et casu dato ut e); ex literae nomine inferas nec Bulgaros esse abusos hac figura pro ꙗ; itaque solos Glagolitas recentiores abuti una τοῦ ѣ figura etiam pro ꙗ ob defectam proprii hujus diphthongi signaculi. Quinto tandem vides, jus appellari penultimam literam; quo nomine eam Dobrovius quoque compellat, nondum distinguens оу et ѫ, ю et ѭ, nec ꙗ et ѧ aut et ѩ. Sed proprie Russis jus est appellatio τοῦ ѫ; nostro quidem judicio minus recta, quippe hoc signo minime respondente sono ju, sed aut ô carn. aut ą pol.; i. e. aut τῷ pôt plurimorum Carantanorum, aut τῷ ponte eorundem pauciorum [1]). Quid autem? Nihilne te movent vocabula latina jus et fert inter reliqua slavica literarum nomina? Et eadem latina etiam Cyrilliani habent. Nonne jure quis dicat, interlucere per haec latina vocabula remotiorem S. Cyrillo aetatem inventi alphabeti slavici, et si minus propriam, certe propiorem S. Hieronymo Ecclesiae latinae Patri?

Specimen 6. sistit scripturam recentiorum (sec. XIII — XIV) codd. quales Dobrovius solos norat, et horum quidem antiquissimam A. 1368. Codicem descripsimus §. XV pro merito. En hic cyrillianam transcriptionem speciminis, quod exquisivimus idem quod habuisti in Assemaniano codice, ut saltem initium, si velis, conferre possis: (о)но врѣме. Мімогредї іс҃ъ відѣ чл҃ка слѣпа о҃ ро- (3) женїѣ его. Ї впросїше и оу- (4) ч҃нїцї его гл҃юще. Равви к-. Vides iterum compendii notam toti voci impositam. Vides in впросише primae literae superscriptum jerik sive id pajerk malis dicere. Vides tandem initialium evangelii locum relictum vacuum, ornata litera explendum ab illuminatore. Cumque ornata litera nonnisi una sit, putes scriptorem voluisse cani: Оно врѣме (illo tempore), non въ оно врѣме (in illo tempore). Syntaxis slavica utrumque probat. Antequam pergas, adverte et vocum formas recentiores врѣме pro врѣмѧ; мїмогредї pro мимогрѧдꙑи, слѣпа pro слѣпа, о҃ роженїѣ pro отъ рожденїꙗ; впросише pro впросиша, гл҃юще pro гл҃ѭще.

In specimine tandem 7 habes exemplum recentissimi glagolitici codicis chartacei A. 1493. Exemplum cyrillianis literis transcribo sic: Ва име г҃на нашего І҃ Х҃а (2) аменъ. Поч҃те квадриге. .ч҃. оу҃. п҃. в҃. боуди б҃ъ с҃н. Resolutis compendiis: Ва име Господина нашего Ісоухрста, аменъ. Почетѣ квадриге .ч҃. оу҃. .п҃. в҃. боуди богъ славленъ, i. e. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Initium Quadrigae. [2]) M. CCCC. XC. III. Sit Deus glorificatus.

Vides hic primam vocem ва (in) vulgarem illyricam, cui δοκησίσοφος Caramanus in suo missali ubique substituit pejus etiam во vulgare russicum. Slavus vetus verusque habet въ, vocali mutescente, sed adhuc vigente in Carantanis, partimque in Bulgaris. Име pro имѧ et similia, itemque боуди pro бѫди nosti e specimine 6.

Hic etiam аменъ habes, per e, plane latinum pro аминь graecoserbo.

Specimen 8., omnium postremum, unumque cyrillianum, dedimus curiositatis causa, e codice Caesareo, Conversationum SS. Patrum, membranaceo elegantissimeque exarato, Scriptore Ратко peccatore. Narrant S. Sabbam, ἀείμνηστον Serborum Archiepiscopum, dum in laicis versaretur regius puer, habuisse nomen Растко, Рашко, Растко aut Раңко (ita haec tria quatuorve habet Раић, satis dubia, II. 340). Quid si potius Ратко (i. e. grammatice Радко, a rad. радъ lubens, quasi Gaudentius, gr. Χαιρέας fuerit, nosterque codex ipsius Sancti manu sit exaratus? Certe notum est, eum fuisse hujusmodi rerum et lectorem et scriptorem maxime assiduum. Nosque

---

1) A nobis stat Bibl. Vind. codex philol. gr. 233, scriptus A. M. 7025 (1517), inter varia alphabeta continens (2) ἀλφάβητον ἤτοι ςοιχεῖα Βλάχων, Σέρβων, Βουλγάρων καὶ Ρώσων. En illius seriem: а, б, в, г, д, е, ж, ѕ, з, ї, и, к, л, м, н, о, п, р, с, т, ꙋ, ф, х, ъ, ѡ, ѡ, ѱ, ц, ч, ш, щ, ю, ѣ, ꙗ, ѧ, ѫ, ѯ. Hoc tantum nota, 1) Graeculum hunc nonnisi ъ habere, non ь; 2) щ pronunciari velle ςα, ergo шт, non шч. 3) ю appellare γιοὺς, i. e. jus. 4) ѣ et illi vocari ἰάτ; ꙗ vero ἰά; ѧ ἰέ, ѫ denique ἰό id est jo, non ju! 5) Maxime notabile hoc est, quod ї praeponit τῷ и, contra graecum ordinem, sicque Sovichio favet in glagolitico ı combinando. 6) Suarum 37 literarum nonnisi 18 addit soni explicationem: б μπι, в β, ж ζῃ, ѕ τζέλο, т τ, ꙋ ȣ, ъ γὲρ, ѡ ὤτ, ц τζι, ч τζερβ, ш σά, щ ςά, ю γιοὺς, ѣ ἰάτ, ꙗ ἰά, ѧ ἰέ, ѫ ἰό, ѯ ξ. Vides explicationem partim nomina, partim vim tantum elementorum dare. — 2) Est igitur slavice versum opus latinum Fr. Nicolai de Auximo, Ord. S. Francisci, Quadriga sive tractatus de decem praeceptis. Exstat ejusdem operis et italica versio.

hac ipsa de causa communicamus cum Eruditis ser bis, quibus aditus pateat ad diplomata S. Sabbae Serbici manu subscripta; ut, si quidem ex contentione confirmetur spes autographi codicis, nobis in commune gratulemur talem tantumque thesaurum.

XXIX.
IN HISTORIAM BULGARIAE ET PANNONIAE RESPECTUS.

Quo primum tempore (qui nunc bulgarici dicuntur) Slavi in Moesiam immigrarint, aeque superstites nobis silent historici omnes, ac de Slavis Pannoniis sive Carentanis.

Nisi forte malis pro utrorumque cis Danubium primordiis habere illa „amplius trecenta millia" Sarmatarum Limigantium, quos dominos a servis ejectos e Dacia „libenter accepit Constantinus M. A. 334, perque Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Moesiam, Pannoniam, Italiamque divisit"!

Sive igitur ab his initiis putes, propria notaque gentis fecunditate et industria laete adolevisse, sive tacitis et lentis sed continuis ex antiquioribus in Dacia sedibus popularium accessionibus auctos, per trium fere seculorum intervallum omne qua late patet Illyricum implevisse, perinde est.

Majoris est momenti, antiquissimos hos Slavos cisdanubianos, vix non per totam Danubii dextram ripam, certe ab Aquileja Dravique et Murae et Trunae fontibus, Oenique fere ostiis Pontum usque Euxinum habitantes, jam c. 610 — 640 si quidem narratori Constantino Porphyrogenito credimus, e regionibus, sitis ultra Bajivariam (ἐκεῖθεν τῆς (Βαγιβαρίας), novis advenis, Chrobatis et Serbis, quasi cuneo per medium adacto, fuisse diremptos. A. item 678 Slavos moesicos Bulgarorum tatarici populi imperium subiisse (at tamen ita, ut domini ipsi slavice discerent, non Slavi bulgarice, quod aperto est indicio, Slavos et vitae genere cultiores fuisse et numero plures; idemque eademque de causa scimus accidisse Germanis victoribus in Italia, Gallia et Hispania). Eo tempore non dubitamus, Bulgarorum evitandorum causa, frequentes Slavos transcendisse Haemum, ita ut c. 687 — 758 Scriptores Byzantini Slaviniam vix non sui juris memorent inter Thessalonicam et Haemum montem; ex illaque ortus fuit Basilius Macedo imperator, Slavus ipse historia et idiomate testantibus. Imo eorundem Slavorum, fortasse jam inde ab adventu Croatarum et Serborum, examina alia consedisse per Thessaliam, ipsamque adeo Peloponnesum: notusque est c. 746 — 799 census, quem Slavi Peloponnesii quotannis solvebant ecclesiae S. Andreae apostoli Patrensi. Bulgarorum autem, adauctorum „septem generationibus Slavorum", quas in Moesia offenderant, imperium longe amplissimum potentissimumque ab anno inde 679 effloruisse a Dravi ostiis per Pannoniam inferiorem, Moesias, Dardaniam magnamque Macedoniae partem. Imo A. 976 Samuel Bulgarorum rex, Thraciam quoque, Thessaliam, Graeciam et Peloponnesum imperio suo adjecerat. Ex illoque putem tempore repetenda sunt tot Slavica locorum nomina etiam nunc per totam Graeciam Peloponnesumque superstitia. Rectissime enim observat justissimus Germanus Herderus ex historiae testimonio, esse hoc quasi peculiare slavicae indolis, figere sedem, agrumque facere et colere, itaque minus quidem δημιουργεῖν, at fideliter γεωργεῖν. Quique sedem figat, eum et rebus circumdantibus nomina figere per se patet. Suntque privatae familiarisque vitae justissima exempla Slavi, publicae contra tristissima: (non enim satis est, te non facere injuriam vicino, sed et propulsare oportet illatam sicque deterrere inferendam). Slavi vero rem rusticam, et vel civilem satis quidem recte exercebant, at militarem plane neglexerant; e sua metientes aliorum aequitatem et justitiam, ingenti suo damno! Sed haec hactenus. Quid quod in ipsa Urbe Constantinopoli populi maximam partem videntur Slavi constituisse, cum ipsi Urbis doctissimi grammatici slavicis vocabulis utantur at explicandos locos Veterum, ut e. g. Euripidis scholiastes δόναξ reddit per ῥαγάζιον (id est sl. рогоза); itemque Tzetzes ὕφαλον πέτραν (scopulum) explicat per ἰδιωτικῶς σκάλα, quae est sl. скала, Serbis quidem ignota vox, sed notissima Slavis Carantanis. Sed ad Bulgarorum historias redeamus. Post Samuelem, (cujus mortem praecipitarit Basilii II. crudelitas, qui quindecim millia captivorum Bulgarorum excaecarat, centesimo tantum cuique eorum altero oculo relicto, ut orbos sodales domum reduceret) conversâ fortunâ non solum novae omnes provinciae periere A. 1018 Bulgaris, sed ipsa prima eorum sedes Moesia denuo Graecis subjecta fuit plus sesquiseculo, donec A. 1186 no-

num exoriretur regnum sui juris bulgaricum in Moesia inferiori (cui ex eo tempore mansit Bulgariae nomen), variis fatis perduraturum usque ad Turcarum adventum. Et hactenus quidem de Slavis moesicis.

Pannonicis etiam Slavis, moesicorum fratribus, et ipsis more patrio assuetis juste potius ex agro sua opera et labore facto cultoque quam ex rapto vivere — (vides hinc quantopere sponte ex sua indole obviam iverint S. Paulo, 2 Thess. 3, 10: ὅτι εἴτις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μήδε ἐσθιέτω, i. e. quoniam si quis non vult operari, nec manducet; licebitque hic obiter monere, applicasse jam S. Bonifacium Germanorum sec. VIII. apostolum cetera sat iniquum Slavis, (epist. XIX. A. 745), alium S. Pauli locum, Rom. 2, 14. ad Slavorum suorum adhuc gentilium cordibus innatam honestatem) —, sat prospere successerat pedetentim sedes suas absque aliorum injuria, imo cum illorum commodo extendere a Savi ostiis ultra omnem undiquaque Pannoniam usque ad mare adriaticum, Dravique et Murae Trunaeque in Norico fontes; partim tributariis partim liberis. (C. 630 novem millia familiarum bulgaricarum exulum in Franciam confugerant, foedeque proditorum ab hospitibus nocturnam caedem nonnisi 700 effugerant, „salvati in Marchia Vinidorum" sui juris teste Fredegario IX, 71). Certeque frequentissima cum indigenis et vicinis Christianis exercentes pacis commercia, pannonici hi Slavi, primi omnium Slavorum Christo nomen dederant; hocque Fortunae beneficio gloriam immortalem sunt adepti, sua primum dialecto reddita Christianae fidei mysteria iisdem plane vocabulis Croatis [1]) primum, postea etiam reliquis omnibus Slavorum populis impertiendis (Dobrowsky Slovanka I, 72).

Neque enim primo favore contenta bona Fortuna etiam A. 870 [2]) Methodium graecum ab ipsa Romana Sede Apostolica constitutum Pannoniae Archiepiscopum impulit, ut ad expungendos, tempore quidem temporisque jure potiores, sed et ferociores violentioresque — (cf. ex epistola episcopp. Bavariae ad Joh. IX, anni 900: „Et sive velint, sive nolint, regno nostro subacti erunt". Item: „In servitium adegerunt." Aut: „Jure proprio tributarios habere debent". Qui judici sic queritur, qualis in reum fuerit?) — ideoque odiosos, e nova sua Metropoli Pannoniensi rivales Salisburgenses, „Slavinâ linguâ cantaret missam", exemplo in Occidentali ecclesia novo [3]) et inaudito, sed tam avide statim, obviisque, ut ajunt, ulnis arrepto ab omnibus undiquaque Slavis aliarum quoque dioeceseon, ut A. 880 ipse Johannes papa VIII, iterumque A. 1248 Innocentius IV, mallent permittere novationem speciosissimi unicique in Occidente privilegii, quam in periculum adducere salutem fidemque gentis in Europa omnium numerosissimae. Quodsi quis divinis his rationibus humanas quoque velit addere, nec illae deerant. Ex Johannis VIII superstitibus Epistolis (utinam et illius priores, Nicolaique et Hadriani II. hac de re haberemus Epistolas!) satis est manifestum, quantum interfuerit Romani Pontificis recuperare dioecesin Illyrici universam; lubensque ille faverit Methodio et Cyrillo, Graecis, philosophiâ et animo a Photio alienis, slavicae liturgiae obsequio et permissione certam Bulgariae restaurationem promittentibus. Sed nec hostes, Arnulphus Photiusque, interea dormiebant, paganos Hungaros hinc evocantes, illinc immittentes nefario scelere in novam Methodii segetem, sicque Bulgariam asserentes Graecis! Ita jurisdictioni quidem Romani pontificis tunc periit interius Illyricum (post seculum tamen compensandum tota Hungaria, Bohemia, Polonia et Germania septentrionali, nec Scandinavia ipsa excepta); eodemque fato profugi pannonici S. Methodii libri sacri apud Bulgaros,

---

1) Martinus ille, „vir maxime quidem pius, sed habitu seculari, imbecillus admodum et pedibus mutilatus ita ut a quattuor bajulis, quocumque vellet, deferretur", qui c. 837 Croatas in fide Romana confirmavit (teste Constantino Porphyrogenito) ad illos venerat „e Francia, quae inter Chrobatiam et Venetiam media est", i. e. é Carniola seu Histria. Itemque postea Johannis papae VIII et Svatopluci Croatarumque communis internuncius erat quidam de Venetia presbyter Joannes! — 2) Non temere apponimus A. 870, sed rite expensis omnibus rei adjunctis. Vetus Cyrillianorum traditio inventionem alphabeti cyrilliani assignat indictioni III, quae A. 870 aptissime respondet; A. 872 e Pannonia remeat Salisburgum presbyter Richbaldus „ferre non valens contemptum missae latinae, noviter inventis slavinis literis adornatâ missâ vernaculâ"; metropolita Salisburgensis, hanc novationem sibi longe incommodissimam sine mora c. 873 detulerit Romam, cum 878 Johannem papam VIII videamus inhibuisse; nullum in Joh. VIII epistolis liturgiae slavicae apud Bulgaros vestigium etc. Ceterum jam notavimus antea, liturgiae slavicae initium non necessario cohaerere cum alphabeti inventione. — 3) Subit hic quaerere, habuerintne et Gothi liturgiam suae linguae? Demus habuisse, sed cum Ariani fuerint, nil inde sequitur quoad ecclesiam Romanam.

Serbos et Croatas Dalmatasque, tandemque ipsos remotissimos Russos paratissimum quidem receptum habuere, imo et profectum ad nostra usque tempora continuatum: primae tamen originis, et patriae sedis gloria manet aeternumque manebit Slavis pannoniis.

In Pannonia enim, ipsaque pannonicorum Slavorum dialecto, Christianorum minime recentium romanae ecclesiae, illiusque calendario utentium, liturgiam slavicam cepisse initia, praeter argumenta firmissima, quae jam §. XII attulimus [1]), accedit testimonium luculentissimum Ostromiriani codicis, omnium hucusque vetustissimi, A. 1057, in cujus synaxario festum S. Silvestri papae assignatur ad d. pridie Kal. Jan., more occidentalis ecclesiae, cum orientalis illud assignet ad d. IV. Non. Jan.

XXX.
DIALECTORUM SLAVICARUM CISDANUBIANARUM CONTENTIO.

Etiamsi ponas, Slavorum Danubium transgressorum sive Constantini M. sive posteriori aevo, unam fuisse linguam, tamen ipso temporis et locorum intervallo, mutuoque eorum commercio ex mille causis plus minus interrupto per ipsam rei naturam necesse erat, eam in dialectos abire.

Harum dialectorum nunc tres maxime vigent: bulgarica, illyrica Croatarum et Serborum, et slovenica Slavorum veteris Carantani (per hodiernam Carinthiam, Goritiam, Litorale, Carniolam, Styriam, Styriaeque adjacentes Hungariae et Croatiae partes).

Carantani omnes, Croatarum et Serborum major pars jam ducentis circiter ante SS. Cyrilli et Methodii adventum annis Christo nomen dederant, ope latinorum ex Italia potiusque Francia monachorum missionariorum.

De Bulgaris certant Critici, utrum A. 861 an 863 — 865 acceperint baptismum; quamquam nostro quidem judicio hoc proprie de dominis Bulgaris est intelligendum, nilque impediat, quo minus subjecti illis Slavi et in Pannonia Savia et in Moesia jam antea, plus minus Christiani fuerint, vel tacente historia [2]).

Utcunque fuerit, sive a subjectis sibi Slavis Bulgari didicerint rerum christianarum vocabula, sive ea SS. Cyrillus et Methodius importarint e Pannonia, hoc certo est certius, esse necessario haec vocabula primitus profecta a Germanis, quippe ipsa germanicissima, deberique Slavis Carantanis utpote unis cis Danubium historia teste Germanorum catechumenis.

Quod autem plerique hujus rei studiosi, ipseque summus Dobrovius ultima sua sententia maluerit Bulgaris quam Carantanis Methodii dioecesanis propriam quasi mancipare linguam sacram, id equidem non tam dolo eorum malo puto fieri quam incuria. Sciebant nempe Slavos bulgaricos Thessalonicam usque effusos; quid pronius, quam S. Cyrillum Thessalonicensem a puero scivisse, praeter suam graecam, etiam hanc (ut Dobrovii verbis utar, satis testantibus illius ἀμηχανίαν et haesitationis angustiam) „nondum commixtam serbo-bulgaro-macedonicam linguam". At jure suo negat et pernegat diu inter Serbos moratus P. J. Шaffarik propior et diligentior harum dialectorum scrutator, licere sic confundi linguam serbo-bulgaro-macedonicam: fuisse potius jam Cyrilli aevo, imo ab anno inde 550, dialectum serbicam sat χαρακτηριστικῶς diversam sive a bulgarico-macedonica, sive rectius velis dicere bulgaricam simpliciter. Et Шaffarik quidem Bulgaris vindicat linguam sacram, Serbis abjudicat.

Hoc quidem recte Шaffarik; at de illo viderit, an sat levia sua et vaga nimis argumenta possint su-

1) Etiam vocabula nonnulla succurunt, e Bavarorum aperte lingua in slavicam sacram illata (praeter illa §. XII.): пѣнязь e phening germanico fecere Slavi, sicut кънязь e chuning, et jam olim in Sarmatia оусерязь e gothico ausahrings (inauris, hodie Ohrring). Vides germanicum G rite mutatum in з, sequente ь; idemque postliminio redire in кънагынны (ἀρχόντισσα) sequente ъ. Sic et крамола fecere e carmula, voce citata pro bavarica in Lege Bajuvariorum medii aevi; ubi itidem vides Slavum more suo praemittere consonantes (кра- pro car-) sicut facit in градъ, брада, бродъ, злато, respondentibus germ. gard, bart, furt, gold etc. Vocabuli autem пеклъ m., aut пекло, пѣкло n., a Germ. pěch medii aevi, pro Inferno, non quidem ipsum etymon alemannicum, at vim tamen et notionem illius graece redditam habes in ipsa vulgari hodiernorum Graecorum πίσσα (pix) pro majorum suorum et ecclesiastico ᾅδῃ. Sic peregrinatum Germ. pěch ab Alpibus Carnicis per totam Adriatici maris oram Slavicam, tandem in ipsa Graecia Cretaque μεταμόρφωσιν subiit, nisi ἀναμόρφωσιν malis dicere pristinae suae πίσσης sive picis. — 2) Neque ipsa historia tacebit, si quis quaerat curiosius. In concilio Constantinopolitano A. 870 legati Bulgarorum confitebantur, populares suos, cum primum occupassent Moesiam, graecos ibi presbyteros invenisse. Urge sis quae hinc consequantur.

stinere longe firmiora et, nisi nos omnia fallunt, plane victricia allata supra §§. XII et XXIX, pro Pannoniis seu Carantanis, utpote primis auctoribus et quasi parentibus linguae Slavorum sacrae; post horum demum tristia fata quasi pupillae in naturalem agnatorum tutelam receptae et porro educatae apud Bulgaros, ab hisque postea emancipatae Serbis et Ruthenis. Certe Carantanorum nepotes longe facilius rationem reddent sonorum жд et шт, Шaffarikio quidem judice, solis plane Bulgaris propriorum, quam ille ipse germanismorum §§. citatis adlatorum e Bulgaris ostendat probabilitatem. Nisi forte malit nobiscum acquiescere in Bulgaris Saviis, apud quos utpote Slavos Pannonios eosdemque cum Carantanis sicut ex una parte Germanis continuatos nemo miretur germanismos, ita ex altera pulchre concordent diversissimorum fontium narrationes, modo Bulgaros, modo Moravos, modo denique Slavos in genere, vocantes Methodii dioecesanos. At haec concordia perit, simul ac cum Dobrovio cavillante rem incipias ab extremis Bulgaris Thessalonicensibus. Neque dubitamus fateri, nos e criticae legibus malle, cum Dobrovio anni 1806, carere plane Bulgaris inter Methodii discipulos, quam pro Bulgaris Saviis arcessere cum eodem 1823 nescio quos impermixtos Serbo-Bulgaro-Macedonas! Unde enim talibus obveniant germanismi §§. XII et XXIX.

Cum contra Pannoniorum patronus jure possit dicere, pupillam suam methodianam eos жд et шт sonos, qui revera sint solis Bulgaris proprii, non a prima sua natura pannonica habere sed ab educatoribus Bulgaris didicisse; aut potius ita ei in Bulgaria fuisse assutos hos bulgarismos [1]), sicut postea in Russia assuti sunt hodieque haerent in bibliis вороныъ конь, молотяща et alii complures russismi; ideoque quo antiquiores linguae sacrae codices prodierint, eo magis apparituram dialectum genuinam ipsius S. Methodii dioeceseos et aetatis. Nonne enim e. g. jam hic ipse quem edimus, Clozianus codex, praeter inauditum antea сать (pro φησί, inquit) multa alia profert notatu dignissima; e. g. вжзъ (vinculum) cum Carantano et Polono, quod alii codd. habent жзъ sine в; ipsiusque vocis потьпѣга in Pannonia usitatae forte fortuna invenimus monimentum superstes in nomine proprio doctissimi scriptoris medici, Dris Podpéжnik, nati in Styria Slavi, hodieque viventis Graecii. Neve putes esse nomen a Germano parocho aut ludimagistro male exceptum, scito nos diligenter requisisse, certumque esse nomen Подпѣжник per ж, non per ш neque ч. Sed de his hactenus.

Ceterum Bulgarorum qui sec. X. longe potentissimi cum Byzantinis de imperio certabant, nunc vix multo majores supersunt reliquiae, quam Carantanorum, inter sesquimillionem nempe et binos milliones; cum Serborum et Croatarum, (quos quidem utrosque communi et vulgatiori nomine Illyriorum commodius comprehendas, dialecto utrosque plane eadem utentes), sint ad quinque fere milliones.

Cumque et Carantanorum et Illyriorum dialecti satis sint notae, scito Bulgarorum contra dialectum vix obiter et ex parte tantum, et de superficie hucusque innotuisse, quippe omni fere carentem literatura. Hoc tantum videmus, fecisse eam ex omnibus slavicis maximam suae grammaticae jacturam, vocabulisque tantum slavicis uti, syntaxi contra plane valachica, seu rectius albanica, quippe cum et valachica syntaxis albanicae sit filia.

Nec male quis dicat cum Шaffarikio, hunc linguae bulgaricae statum vix non ipso Cyrillo antiquiorem videri; saltem in partibus Macedoniae, cum Belgradenses e. g. et Syrmienses Bulgari (utpote sine vicinis alienigenis habitantes) manserint sinceriores. Sed vides et hanc observationem stare contra Dobrovii „linguam nondum permixtam bulgaro-serbo-macedonicam". —

Sed jam tandem ad ipsam dialectorum contentionem promissam accedamus propius.

XXXI.

SPECIMEN DIALECTI CARANTANICAE SEC. X.

Praemonitum. Quicumque attenderit ad tot cimelia, Angelo ante omnes Majo Italo rei auctore, e bibliothecarum pulvere superioribus his annis prolata, exspes plane sit oportet, si de methodiano saltim aliquo codice favente fortuna inveniendo desperet. En tibi nunc, e. g. post 400 fere annorum captivitatem quasi postliminio emancipatum ipsum Clozianum codicem, glagoliticorum omnium hucusque vetustissimum.

---

1) Idque eo facilius, quum a Bulgaro unum idemque signum щ nonnisi sono шт proferendum erat, a Carantano contra ћ; ita plane prout supra observavimus idem τῷ щ accidisse a Glagolitis, ipsoque Caramano. Adde in alphabeto glagolitico щ praemitti τῷ ш, quod vix factum foret, si щ habuissent pro compendio τοῦ шт.

Sic et Polonis emancipavimus e codice San-Florianensi Austriae Superioris nuper repertum vetustissimi trilingui psalterii pro Ludovici M. Hungariae regis matre et filia sec. XIII et XIV adornati partem polonicam, quae Polonorum rei literariae antiquitatem ad minimum seculo auget.

Sic, cum Bavari abolitorum 1803 vetustissimorum monasteriorum bibliothecas in medium collatas essent perscrutati, inter varios Germanicae literaturae thesauros invenerant etiam in Frisingensis bibliothecae codice membranaceo tria monumenta slavica, quae pro germanica sua industria non cessarunt in publicum indicare (Neuer Literar. Anzeiger A. 1807 Nro. 12). Indicium repetiit Dobrovius (Slovanka 1814), simulque nos, qua erat immensa in amicos liberalitate suo ipsius apographo beavit, beandos mox accuratissimo ipsius codicis scripturae διαγράφῳ (facsimili) intercedente Ill. Guill. L. B. ab Humboldt. Quid? ipse tunc Bibliothecae Monacensis Custos J. B. Bernhart, Papyri Ravennatis editor peritissimus, nobisque (dum in vivis esset) amicus benignissimus, nobis sponte paraverat totius ejus codicis frisingensis diligentissimam descriptionem. Adeo omnes amici et patroni favebant proposito nostro edendorum illorum quantivis pro Carantano pretii monumentorum. Sed deerat otium; nosque non invitos, imo gratulantes praevenere amicissimi Russi, P. Köppen et Al. Vostokov, qui A. 1827 inter alia Monumenta Slavica (Памятники) etiam haec Frisingensia sumtibus generosissimi tunc Maecenatis Rumanjovii edidere Petropoli 1827, (pagg. 54 in f.) non solum sculpta omnia, sed et explicata summo studio, et scientia mirabili. Ita ut nobis vix restet aliud, quam illorum rarioris apud nos editionis nostris reliquis monumentis partem maxime necessariam fideliter e nostro διαγράφῳ adjicere; hoc uno fortasse augentibus illorum praeclara reperta, quod historiâ Frisingensi duce scriptorem codicis non dubitamus esse ipsum Frisingensem Episcopum Abrahamum, Carantanum, qui A. 957 — 994 sedit in Frisingensi cathedra. Audi sis argumenta, jam quidem contenta in ipsa Köppenii editione, sed abscondita, a nobisque nonnisi elicienda. Quae nempe in codice notantur de terminis donationis „mihi" pertinentis in Gudago comitatus Tarvisini, manu sint scripta ipsius Abrahami necesse est, utpote cui soli (a. 972) ad vitae tempus obtigit haec Traditio, post obitum cessura ecclesiae Aguntinae (Inticensi). Characterem vero hujus notae de Gudago oculatus et peritus testis J. B. Bernhart eundem statuit cum charactere primae confessionis formulae, tantum paullo crassiorem. Et nota, J. B. Bernhartum universim in codice distinguere (idque non se sequentes sed mixtim invicem discurrentes) tres characteres, omnes tamen ita similes inter se, ut si minus eidem scriptori diversae aetatis aut pennae, saltim eidem seculo X. sint attribuendi. (Verbo, fuit codex ipsius Abrahami Ep. „vademecum"). — Sic de natali codicis tempore et loco securi, scientesque Frisingensem ecclesiam sec. X — XI non alios quam cisdanubianos Slavos habuisse dicto audientes, credimus Dobrovio, videri Slavica scripta pro Slavis aut Carniolae confinisve Istriae aut Carinthiae aut ipsius Bavariae, quae illo aevo ad Oeni fere ostia habitabatur a Slavis, teste contenta in ipso hoc Abrahami codice f. 147 v. constitutione, „venerabilis Heinrici ducis et omnium primatum, tam episcoporum quam comitum" de vindicandis servis fugitivis, conscripta eadem Abrahami manu, quae sic habet in fine: Scalvi (Slavi) etiam ejusdem coadunationis districtioni subjaceant, aut exterminentur. Actum Rantes Hova feliciter. Amen". — (Fuere ergo hi Slavi liberi Bavarorum cohabitatores, sicut Pribislaus apparet in donatione (repetita A. 988, ipsius Russorum baptismi) territorii Locopolitani inter Soram et Savum in Carniola; volebatque „venerabilis dux Heinricus" cum primatibus, eos eidem Germanorum in servos fugitivos „coadunationi subjacere aut exterminari". Vides exterminationem successisse decursu temporis a Juvavo inde flumine usque ad Dravum). Sed cum supersit hoc tantulum paginae, liceat hic integram illam ducis Heinrici constitutionem, nondum editam, ex amici Krabingeri, Bibliothecae Monac custodis apographo, in Historicorum commodum vel alieniore loco publici juris facere. Videbis maxime e postscripto, esse hoc primum constitutionis periculum i. e. quod nunc conceptum vocant; quamquam et promulgatam facile credat qui Abrahami nostri apud ducem Heinricum († 995) noverit gratiam et auctoritatem.

HAEC EST CONSTITUTIO VENERABILIS DUCIS HEINRICI, ET OMNIUM PRIMATUM TAM EPISCOPORUM QUAM COMITUM.

Si quis servus, vel ancilla, fugitivus abscesserit, et postmodum apud aliquem a proprio domino inventus fuerit; si ille, apud quem injuste sustentatur, proprio domino reddere noluerit: dominus servi cum juramento solus affirmet, quod suus sit servus; ille autem, apud quem fugitivus servus inventus est, sacramento econtra probet, quod eundem servum neque furto, neque fraude secum retineat, neque per aliquam inimicitiam suae scientiae eum ad juramenti districtionem cogat, et sine aliqua dilatione domino reddat servum; si autem in sua potestate defensus, postea fugitivus abscesserit, compositionem ejusdem servi domino reddat. Quicunque vero his statutis obtemperare noluerit: si advocatus sit ducis vel episcopi vel alicujus domini, non solum dignitate sua sed etiam beneficio suo usque in praesentiam ducis privetur. Si autem praepositus alicujus domini hujusmodi causa culpabilis notetur, aut ·XL percussionum poenae subjaceat, aut cum pretio unius librae ab exactore se remediat (*sic*, *pro*: redimat?). Si clericus aliquis id ipsum egerit, eandem vindictam sustineat. Si csabinus (scabinus?) fecerit, aut in custodiam carceris, quamdiu duci placeat, includatur, aut damnetur. Si autem inferior persona liberorum vel servorum id ipsum perpetraverit, depilatus excorticetur. Ut autem hujus vindictae districtio in praesentia domini, cujus servus est, peragatur, modis omnibus jubemus. Si quis advena alicujus domesticus factus fuerit et sub ejus positus fuerit tuitione, furto vel alio aliquo crimine impetitus fuerit: aut ejus districtione exactori satisfaciat, aut in puplicum placitum comitis repraesentet. Si hoc parvi penderit, et interim sine exactione debiti effugerit, comes pro eo id ipsum debitum solvat. Si comes forbannitum in sua tuitione habuerit, et ad placitum ducere neglexerit, vel in placito injuste defenderit, et si coram duce negare non poterit, neque gratiam ejus neque comitatum habeat. Si centurio, vel advocatus id ipsum egerint, beneficio priventur. Si praepositus alicujus domni id fecerit, depilatus excorticetur. Si quis dominus probrium (*sic pro*: proprium) servum undecunque sit pro furto injuste defenderit, et ad placitum comitis, in cujus comitatu furtum fecit, praesentare noluerit, et in hac re culpabilis invenitur, vel in carcere aut exilio damnetur. Quando vero dux comites aut scabinos inpetierit, quod forpannitos aut fures injuste vel in placito, vel alicubi defenderit, si sacramento se expurgare nequiverit, aut incarcerentur, aut exilio damnentur. Scalvi etiam ejusdem coadunationis districtioni subjaceant aut exterminentur. ACTUM RANTES HOVA. FELICITER AMEN. Si autem alicujus servitor furto aut aliquo crimine inpetitus fuerit, in comitatu quo notatur, satisfaciat. Si quis homicidium fecerit, tali constitutione, ut antea fuit, utatur.

Monumentum I.

(Codicis Frising. f. 78, pag. utraque.)

TEXTUS AD διάγραφον CODICIS FRISING. ACCURATE EXPRESSUS.

1 GLAGOLITE PONAZ
REDKA ZLOUEZA.

2 Bose gozpodi milozti-
uvi · otze bose · tebe iz-
3 povuede · | vuez moi
greh · Í zuetemu creztu · Í
4 zuetei marii · Í zue | temu
michaelu · I uuizem cri-
latcem bosiem · I zuete-
5 mu pe | tru · Í uzem ze-
lom bosiem · Í uzem mu-
6 senicom bosiem · | Í u-
zem vuernicom bosiem ·
Í uzem · devuám praud-
7 nim · Í uzē | praudnim · I
tebe bosirabe · choku ·
biti · izpovueden · uzeh ·
8 moih | greh · Í vue-
ruiú · da mi · ie · pazem
zuete beusi · iti se · na
9 ón | zuet · pakise uztati ·
nazod ni den · Ímeti
10 mi ié · sivuót | pozem ·
Ímeti mi ie · otpuztic
11 moih gre chou · Bose |
miloztiuvi · primi moiv ·
izpo vued · moih gre-
12 chou · Ese | iezem ztuo-
ril zla · pot den pon-
13 gese bih nazi zvuet · |
vuuraken · ibih cris-
ken · Ese pomngu · ili
14 ne pomngu · Ili | vuolu ·
ili ne vuolu · Ili vuede ·
ili ne vúede · Ili ú ne
15 praud | nei rote · ili úlsi ·
Ili tatbe · ili zavuizti ·
16 ili v uzmazi · | Ili v zini-
stue · ili ese mizetomu ·
chotelo · emuse mi
17 bi · ne doz | talo · chote-

IDEM A NOBIS SCRIPTUS SLAVICIUS.

GLAGOLITE PO NAS RÉDKA SLOVESA.

Boжe, gospodi milostivы, otчe boжe! Tebѣ ispovѣdѣ vьs moj grѣχ. I svѣtemu krьstu. I svѣtej marii. I svѣtemu miχaelu. I vьsѣm krilatцem boжiem. I svѣtemu petru. I vsѣm sьlom boжiem. I vsѣm mѫчenikom boжiem. I vsѣm vѣrnikom boжiem. I vsѣm dѣvám pravdnыm. I vsѣm pravdnыm. I tebѣ, boжij rabe, χoћѫ bыti ispovѣdьn vsѣχ moiχ grѣχ. I vѣrujѫ, da mi je, na sem svѣtѣ bыvши, iti жe na ón svѣt; pakы жe vstati na sѫdnы dьn. Imѣti mi je жivót po sem. Imѣti mi je otpustьk moiχ grѣχov. Boжe milostivы, primi mojѫ ispovѣd moiχ grѣχov. Eжe jesьm stvoril zla, po tь dьn, ponjeжe bыχ na sь svѣt uroђen, i bыχ krьshen; eжe pomnjѫ ili ne pomnjѫ, ili voljѫ ili ne voljѫ. Ili vѣdѣ ili ne vѣdѣ. Ili vъ nepravdnej rotѣ, ili vъ lьжi. Ili tatbѣ, ili zavisti, ili vъ usmasi. Ili v чinistvѣ. Ili eжe mi se tomu χotѣlo, emuжe mi bы ne dostalo χotѣ-

IDEM ἐξωςρομηρωμένος AUCTORE ALEX. VOSTOKOV.

ГЛАГОЛѢТЕ ПО НАСЪ РѢДЪКА СЛОВЕСА.

Боже' господи милостивъи · отьче боже · тебѣ исповѣдѣ вьсь мои грѣхъ · и сватемоу крьстоу · и сватѣи марии · и сватемоу михаелоу · и вьсѣмъ крилатыцемъ божиѥмъ · и сватемоу петроу · и вьсѣмъ съломъ божиѥмъ · и вьсѣмъ мѫченикомъ божиѥмъ и вьсѣмъ вѣрьникомъ божиѥмъ · и вьсѣмъ дѣвамъ правьдьнъимъ и вьсѣмъ правьдьнъимъ · и тебѣ божии рабе · хощѫ бъити исповѣдьнъ вьсѣхъ моихъ грѣхъ · и вѣроуѭ да ми ѥ на семь свѣтѣ бѣвъши итиже на онъ свѣтъ · пакъı же въстати на сѫдьнъıи дьнь · имѣти ми ѥ живот по семь · имѣти ми ѥ отъпоустъкъ моихъ грѣховъ · боже милостивъıи прими моѭ исповѣдь моихъ грѣховъ · ѥже ѥсмь сътворилъ зъла по тъ дьнь поньже бъıхъ на сь свѣтъ оурожденъ и бъıхъ крьщенъ · ѥже помьнѭ или не помьнѭ · или волѭ или не волѭ · или вѣдѣ или не вѣдѣ · или въ неправьдьнѣи ротѣ или въ лъжи или въ татьбѣ или зависти · или въ оусмаси или въ чиниствѣ или ѥже ми са томоу хотѣло · ѥмоуже ми бъı недостало хотѣ-

EJUSDEM AD VERBUM INTERPRETATIO.

DICITE POST NOS RARA VERBA.

Deus, Domine misericors, pater Deus, tibi confiteor omne meum peccatum. Et Sancto (Joanni) Baptistae, et S. Mariae, et S. Michaeli, et omnibus alitibus (angelis alatis) Dei. Et S. Petro, et omnibus legatis (apostolis) Dei. Et omnibus martyribus Dei. Et omnibus confessoribus Dei. Et omnibus virginibus justis. Et omnibus Justis. Et tibi, Dei serve, volo esse confessus (de) omnibus meis peccatis. Et credo, quod mihi est, in hoc mundo postquam fuero, eundum in illum mundum, dennoque surgendum ad judicii diem; habenda mihi est vita post hanc, habenda mihi est remissio meorum peccatorum. Deus misericors! suscipe meam confessionem meorum peccatorum, quod feci mali ex eo die, quando fui in hunc mundum natus, et fui baptizatus. Quod memini aut non memini. Aut voluntate aut noluntate. Aut sciens, aut nesciens. Aut in injusto jurejurando, aut in mendacio, aut furto, aut invidia, aut in intemperantia aut in impudicitia; aut si mihi id collibuit, quod mihi non decebat colli-

TEXTUS AD διάγραφον CODICIS FRISING. ACCURATE EXPRESSUS.

ti · Ili vpoglagolani ·
ili zpé · ili nezpé · Ili ese|
18 iezem · ne zpazal · nede-
la · ni zúeta vúecera ·
19 ni mega | pozta · Í ino-
ga · mnogoga · ese pro
tiu bogu · í pro tiu me|
20 mu creztu · Tí edin
bose · vúez · caco mi
21 iega potre|ba vúelica ·
Bose gozpodi miloztivи ·
22 tebe ze mil | tuoriv · od ·
zih po ste nih greh · Í odi
23 neh mnozeh · | I · vúen-
sih · í minsih · Ese iezem
24 ztvoril · teh zé · tebe|mil
tuo riv · Í zve tei ma-
rii · Í · vzem z vetím · ||
25 I dabim nazem zuete ·
tacoga grecha poca-
26 zen vzel| á cose ti mi za-
denes · ia co se tuá mi-
27 lozt · itebe liubo | Bose
ti pride zenebeze · vse
ze da vmoku · za vúiz|
28 národ · Dabini zlo deiu
otél · ot mime vzem
29 zlo | deiem Miloztivui
bose · tebe poronso
30 me telo · Í · | mó du
sú ·: I · moia · slove-
za · Ime delo · Í mó
31 vuoliu · | Í · mo vueru ·
ímoi sivuót · I da bim
32 uzlissal nazodni | den
tuó milozt vueliu · Z te-
33 mi iese vzovues tvói|mi
vzti · Pridete · ot za me-
34 ga · izvuolieni · pri|mete
vúecsne vúezelie · Í vú-
ecsni si vuót Ese v |
35 iezt · ugo tou lieno · iz
uueka v uuek · a men ·

IDEM A NOBIS SCRIPTUS SLAVICUS.

ti. Ili v poglagolanii. Ili spѣ, ili ne spѣ. Ili eже jesьm ne spasal nedѣla, ni svѧta veчera, ni mega posta. I inoga mnogoga, eже protiv bogu i protiv memu krьstu. Ti edin boже vѣs (vѣш?), kako mi jega potrѣba velika. Boже gospodi milostivы, tebѣ se mil tvorjѫ od siχ poчtenыχ (poшtenыχ?) grѣχ. I od inѣχ mnozѣχ, i vѧчiχ (vѣчiχ?) i mьnшiχ. eже jesьm stvoril. Tѣχ se tebѣ mil tvorjѫ. I svѣtej marii, I vsѣm svѣtыm. I da bыm na sem svѣtѣ takoga grѣχa pokazьn vzѣl, akoже tы mi zadѣneш, i akoже tva milost, i tebѣ ljubo.

Boже, tы pride sь nebese, uже se da v mѫkѫ, za вьs národ, da bы nы zlodѣju otѣl. Otmi me vsѣm zlodѣjem. Milostivы boже, tebѣ porѫчѫ me tѣlo i mѫ duшѫ, i moja slovesa, i me dѣlo, i mѫ voljѫ i mѫ vѣrѫ, i moj живót. I da bыm uslышal na sѫdnы dьn tvѫ milost velijѫ, s tѣmi jeже vzoveш tuoimi ustы: Pridѣte otцa mega izvoljeni, primѣte vѣчne veselje, i vѣчnы живót, eже vы jest ugotovljeno iz vѣka vъ vѣk. amen.

IDEM ἔξως ρομηρωμένος AUCTORE ALEX. VOSTOKOV.

ти · или въ поглаголании или съпа или несъпа · или іеже іесмь не съпасалъ недѣлꙗ ни свѧта вечера · ни мега поста и инога мъногога іеже противъ богоу и противъ мемоу крьстоу · ты іединъ боже вѣси како ми іега потрѣба велика · боже господи милостивыи тебѣ сѧ милъ творѭ отъ сихъ почьтеныхъ грѣхъ и отъ инѣхъ мъноӟѣхъ и ващихъ и мьньшихъ іеже іесмь сътворилъ · тѣхъ сѧ тебѣ милъ творѭ и свѧтѣи марии и: вьсѣмъ свѧтымъ и да бымъ на семь свѣтѣ такога грѣха показнь възалъ акоже ты ми задѣнешь и акоже тва милость и тебѣ любо · боже ты приде съ небесе, оуже сѧ да въ мѫкѫ за вьсь народъ · да бы ны ӟълодѣю оталъ · отъми мѧ вьсѣмъ ӟълодѣіемъ · милостивыи боже тебѣ порѫчѫ ме тѣло · и моѭ дѫшѫ и моꙗ словеса · и ме дѣло и моѭ волѭ и моѭ вѣрѫ и мои животъ · и да бымь оуслышалъ на сѫдьныи дьнь твоѭ милость велиѭ съ тѣми ꙗже възовешь твоими оусты · придѣте отьца мега изволіени · примѣте вѣчьне веселие и вѣчьныи животъ · іеже вы іесть оуготовліено извѣка въ вѣкъ амен ·

EJUSDEM AD VERBUM INTERPRETATIO.

bere. Aut in loquendo (obtrectando), aut dormiendo, aut non dormiendo. Aut quod non servavi diem dominicam, nec sacrum vesperum, nec meum jejunium. Et aliud multum, quod contra Deum, et contra meum Baptismum. Tu unus Deus scis, quantopere mihi illius necessitas magna. Deus, Domine misericors, tibi me humilio de his recensitis peccatis, et de aliis multis, et majoribus et minoribus, quae feci. De his me tibi humilio, et S. Mariae, et omnibus Sanctis. Et ut in hoc mundo talis peccati punitionem accipiam, quam tu mihi impones, prout tua misericordia, et tibi placitum.

Deus, tu venisti de coelo, imo te dedisti in supplicium pro omni populo, ut nos malefactori (diabolo) eriperes. Eripe me omnibus malefactoribus. Misericors Domine, tibi commendo meum corpus, et meam animam, et mea verba, et meum opus, et meam voluntatem, et meam fidem, et meam vitam. Et ut exaudiam in judicii die tuam misericordiam magnam, cum illis quos vocabis tuo ore: Venite patris mei electi, accipite aeternum gaudium, et aeternam vitam, quod vobis est paratum e seculo in seculum. Amen.

Monumentum II.

(Codicis Frising. f. 158 v. — 160 r.)

TEXTUS AD διάγραφον CODICIS FRISING. ACCURATE EXPRESSUS.

Eccę bi detd nas neze
gresil tevuekigemube
siti starosti neprigem
lióki nikoligese pet
sali neimugi nislzna
telezeimoki núuvuę ki-
gemubesiti bone | se
zavuiztiubui ne|priiaz-
ninu uvignan|Odszlau-
uibosigę Potom | nana-
rodzlovuezki | strazti
Ipetzali boi|do neimoki
Ibzzre | duzemirt Ipagi
bra | tri ia pomenem
ze dai zino uuebosi na|
resemze botomu Oz-|[1]
stanem zich mirzcih|del
Ese sunt dela soto|nina
Esetrebu tuorim | bra.
tra Oclevuetam Ese|ta-
tua Ese raszboi Ese pul-
ti | ugongenige Ese roti
Choi | se Ih ne pazem
nuge pre|stopam Ese ne
nauuizt | nizce teh del
mirzene | pred bosima
ozima mo|sete potomu
zinci uvi|deti Izami ra-
zumeti | esebese priu-
uæ zlou|uezi Uliza ta-
zie aco|se imuigezim
tere ne|priiaznina uz-
nenauvi | desse A bosiu
uzliubise || da botomu
nineUcircu|vah ich cla-
nam ze Imod|lim ze im
Izesti ich | pigem I
obeti nasse im | nezem
Ozcepasgenige | telez
nasich idus nasich|Tl-
gesemosem imui este|

IDEM A NOBIS SCRIPTUS SLAVICIUS.

Eчe bы dѣd naш ne sъ-
grѣшil, tь v vѣkы jemu
bѣ жiti, starosti ne pri-
jemljѫћi, nikolijeжe pe-
чali neimы, ni slzna tѣ-
lese imѫћi, nѫ vъ vѣkы
jemu bѣ жiti. Poneжe
zavistijѫ bы neprijazninѫ
vъgnan od slavы boжije,
potom na narod чlovѣчь-
skы (чlovѣшkы?) strasti i
peчali pojdѫ, neimoћi (i
nemoћi?) i po srѣdu sъ-
mьrt. I pakы, bratrija, po-
mnѣm se, da i sыnove bo-
жii nareчem se. Potomu
ostanѣm siχ mьrzyѣχ
dѣl, eжe sѫt dѣla soto-
nina: eжe trѣbѫ tvorim,
bratra oklevetam, eжe tat-
va, eжe razboj, eжe plъti
ugonjenije, eжe rotы koi-
жe iχ (koiχжe?) ne pa-
sem, nѫ je prestѫpam, eжe
nenavist. Niч жe tѣχ dѣl
mьrznѣe prѣd boжima
oчima. Moжete potomu,
sыnci, vidѣti, i sami ra-
zumѣti, eжe bѣшe prь-
vѣe чlovѣci u liça taчie,
akoжe i mы jesьm, tere ne-
prijaznina vъznenavidѣ-
шe, a boжijѫ (*aut deest* vo-
ljѫ, *aut scribe*: boжija, sc.
dѣla) vъzljubiшe; da poto-
mu nынѣ v cьrkvaχ iχ
klanjam se, i modlim se im,
чьsti iχ pijem, i obѣti na-
шe im nesem, o sъpasenije
tѣles naшiχ i duш naшiχ.
Tijeжe moжem i mы eшte

IDEM ἐξωςρομηρωμενος AUCTORE ALEX. VOSTOKOV.

Аще бъі дѣдъ нашь не съ-
грѣшилъ, те вѣкъі кмоу бѣ
жити, старости не приимлѭ-
щоу· николиже же печали
не имъи ни сльзна тѣлесе
и мѫки· нъ въ вѣкъі кмоу
бѣ жити· понеже завистиѭ
бъі непризнинонѫ въгъ-
нанъ отъ славъі божиѩ· по-
томь на народъ чловѣчь-
скъіи страсти и печали пои-
дѫ и немощи и безъ чрѣдоу
съмрьть· и пакъі братриѩ
поманѣмъ сѧ да и съінове
божии наречемъсѧ, по томоу
останѣмъ сихъ мьрзкъі-
ихъ дѣлъ ꙗже сѫть дѣла со-
тонина· ꙗже трѣбѫ творимъ,
братра оклеветаемъ· ꙗже
татьба· ꙗже развои ꙗже
плъти оугонкник· ꙗже ро-
тъі хождьше· ихъ не пасемъ·
нъ ѭ прѣстѫпаемъ· ꙗже не-
нависть. ничь к тѣхъ дѣлъ
мьрзьнѣк прѣдъ божиима
очима· можете по томоу
съіньци видѣти и сами ра-
зоумѣти· ꙗже бѣша прьвѣк
чловѣци въ лица тациже
ако же и мъі кемъ, тере не-
призьнина възненавидѣша
а божиѩ възлюбиша, да
по томоу нънѣ въ цьркъ-
вахъ ихъ кланѣемъсѧ и мод-
лимъсѧ имъ и чьсти ихъ пи-
емъ и обѣти наша имъ не-
семъ о съпасении тѣлесъ на-
шихъ и доушь нашихъ·
тиждеже можемъ и мъі еще

EJUSDEM AD VERBUM INTERPRETATIO.

Si avus noster non peccasset, tum in secula ei erat vivere; senectutem non capienti, nunquamque curam habenti, nec lacrimabile corpus habenti, sed in secula ei erat vivere. Posteaquam invidiâ fuit diaboli expulsus a gloria divina, tunc in genus humanum passiones (πάθη) et curae incubuere, et morbi et ex ordine mors. Et iterum, fratres, recordemur, ut et filii Dei vocemur, ideo abstineamus his abominabilibus operibus, quae sunt opera Satanae: quodsi (nempe) sacrificium facimus, fratrem calumniamur, itemque furtum, item latrocinium, item carnis exstimulatio, item jurajuranda quae non observamus sed illa transgredimur, item invidia. Nilque his operibus abominabilius ante oculos Dei. Potestis igitur, filioli, perspicere et ipsi intelligere, quod fuere primi homines de faciebus tales quales et nos sumus, et diaboli (quae sunt) oderunt et divina dilexerunt. Ut itaque nunc in ecclesiis eorum genuflectamus, et precemur eis, et honores (honori?) eorum bibamus et oblationes nostras illis feramus, pro salute corporum nostrorum et animarum nostrarum. Tales possumus et nos adhuc

TEXTUS AD διάγραφον CODICIS FRISING. ACCURATE EXPRESSUS.

42 buiti eccȩ tage dela|
43 nasnem delati iaseo|
44 45 ni delase Onibo las| na
46 natrovuechu seg|na na
47 boiachu bozza | obuia-
48 chu naga ode|achu ma-
49 lo mogoncka | uime bo-
50 sie bozzekacho | mrzna
51 zigreahu stran|na bod
52 croyvi zuoge||uvedechu
53 Utim | pizah iuzelez-
54 neh|vyosichUclepenih|
55 bozcekachu I u ime|
56 57 bosie te utessahu|temi
58 temitize deli | bogu bri-
59 plisaze taco | zinzi j nam
60 ze mod|liti tomuge
61 vuirch|nemo Otzu Goz-
63 podi dos | dani tamo
62 ge yzed||li yzezarstuo
64 suoge | Ese iest úgo-
65 toulenq iz|coni doconi
66 izvyo||lenicoᵒᵒ bosiem I
67 gezm | bratria bozuuani
68 ib | bgeni Egosenemo-
69 sem || nik ῖ se liza ni
70 ucri||ti nikakosé ubega-|
71 72 ti nugestati pred | sto
73 lom bosigem ze|zopir-
74 picom nasim | zezlod-
75 gem starim | igestze
76 pred bosi|ma osima
77 yzaco|mu zuoimi vzti|
78 79 izuoim glagolom|izbo-
80 vuedati Esege | nasem
81 zuete chisto | stuoril
82 libo bodi do|bro libo
83 lizi zlo | Dactomudini
84 zinzi | muzlite ide ne
85 ca|moze vcloniti nu ||
86 ge pred bosima osima|
87 88 stati izio prio imeti|iuse
89 gezim bovvedal | Nas
90 gozbod zueti cruz | ise

IDEM A NOBIS SCRIPTUS SLAVICIUS.

buti, eчe taje (take?) dѣla naчnem dѣlati, jaжe oni dѣlaшe. Oni bo laчna natrovѣχѫ; жejna napojaχѫ; bosa obujaχѫ; naga odѣaχѫ; malomogѫha (malomogѫhьga?) vъ ime boжie posѣhaχѫ; mrьzna sьgrѣaχѫ; strana pod krovы svoje vъvedeχѫ; vъ tьmniцaχ i vъ жelѣznѣχ vѫжiχ vъklepenыχ posѣhaχѫ, i vъ ime boжie tы utѣшaχѫ! Tѣmi, tѣmi ti se dѣli bogu priblижaшe! Tako, sыnцi, i nam se modliti tomuje vrьχnemu otцu gospodi, doжda nы tamoje vsedli v цesarstvo svoje, eжe jest ugotovleno izkoni dokoni izvolenikom boжiem. I jesьm, bratria, pozvani i pobejeni (?), egoжe ne moжem nikiжe liцa ni ukrыti, nikakoжe ubѣgati, nѫ je stati prѣd stolom boжiem sь sѫpьrnikom naшim, sь zlodjem starыm, i jest se prѣd boжima oчima vsakomu svoimi ustы i svoim glagolom ispovѣdati, eжe je na sem svѣtѣ kыжdo stvoril, libo bѫdi dobro, libolisi zlo. Da k tomu dьni, sыnцi, mыslite, ide né(ni)kamo se ukloniti, nѫ je prѣd boжima oчima stati, i sьjѫ prjѫ imѣti jѫжe jesьm povѣdal. Naш gospod svѣtы krьs (krьst? an χρus?) iжe

IDEM ἐξωσρομηρωμένος AUCTORE ALEX. VOSTOKOV.

бꙑти, аще тажде дѣла начьнемъ дѣлати ꙗже они дѣлаша· они бо лачьна натровꙗхѫ· жадьна напоꙗхѫ· боса обоуꙗхѫ· нага одѣꙗхѫ· маломогѫща въ имѧ божиѥ посѣщахѫ· мрьзна съгрѣꙗхѫ страньна подъ кровꙑ своꙗ въведꙗхѫ, въ тьмьницахъ и въ желѣзьнѣхъ вѫжихъ въклѣпенꙑихъ посѣщахѫ· и въ имѧ божиѥ тꙑ оутѣшахѫ· тѣми· тѣми ти сѧ дѣлꙑ богоу приближиша· тако сꙑньци и намъ сѧ модлити томоу ѥ врьхънемоу отьцоу господи, доже да нꙑ тамождe въседли въ цесарьство своѥ ѥже ѥсть оуготовлѥно искони доконі изволѥникомъ божиѥмъ· и ѥсмъ братрига позъвани и бьѥни ѥгоже не можемъ никꙑрьже бича нꙑ оукрꙑти· никакоже оубѣгати· нъ ѥ стати прѣдъ столомь божиѥмь съ сѫпьрникомь нашимь съ зълодѣѥмь старꙑмь; и ѥсть се прѣдъ божинма очима вьсꙗкомоу своими оустꙑ и своимь глаголомь исповѣдати ѥже ѥ на семь свѣтѣ къждо сътворилъ либо бѫди добро либо ли си зъло· да къ томоу дьни сꙑньци мꙑслите иде не камо сѧ оуклонити нъ ѥ прѣдъ божинма очима стати и сиѭ пьрѭ имѣти ѭже ѥсмь побѣдалъ· нашъ господь свѧтꙑи кристоусъ иже

EIUSDEM AD VERBUM INTERPRETATIO

evadere, si eadem opera coeperimus facere quae illi faciebant. Illi enim esurientem cibabant, sitientem potionabant, nudipedem calceabant, nudum vestiebant, aegrotum in Dei nomine visitabant, frigentem calfaciebant, peregrinum sub tecta sua introducebant, in carceribus et ferreis compedibus vinctos invisebant, et in Dei nomine eos solabantur. His, his illi operibus Deo appropinquabant. Sic, filioli, et nobis (est) exorandus supremus pater, Dominus, donec nos ibidem collocet in regno suo, quod est paratum ab initio ad finem electis Dei. Et sumus, fratres, vocati et compulsi••, a cujus non possumus nullatenus nos facie abscondere, nec ullo modo effugere, sed est standum ante thronum Dei cum adversario nostro, cum malefactore antiquo, et est ante oculos Dei unicuique suo ore et suo sermone confitendum, quod in hoc mundo quisque fecit, sive sit bonum sive malum. Sic hujus diei, filioli, mementote, qua non usquam est declinare sed est ante Dei oculos standum et haec actio habenda quam dixi. Noster Dominus, sanctus Christus qui

TEXTUS AD διάγραφον CODICIS FRISING. ACCURATE EXPRESSUS.	IDEM A NOBIS SCRIPTUS SLAVICIUS.	IDEM ἐξωσρομηρωμένος AUCTORE ALEX. VOSTOKOV.	EJUSDEM AD VERBUM INTERPRETATIO.
91 gest bali teleznassih | i	jest balij tѣles našiх, i	ıесть балии тѣлесъ нашихъ и	est medicus corporum no-
ʒpasitel dusnassih ton|	spasitel duш našiх, ton	съпаситель доушь нашихъ •	strorum et salvator anima-
92 bozzledine balouvani|	poslѣdnje balovanije !po-	тѫнъ последьнıе баловаӥıе	rum nostrarum, is ultimam
93 ge pozledge pozstavv|	slѣdje postaviv kazal je,	послѣди постави • оуказалъ	medelam ultimo proposuit
94 iucazalge im seze nam|	imže se nam dostoi od	ıе имьже сѧ намъ достои отъ	et monstravit, cui ob ipsum
95 dozstoi odgego zavue|	jego *) zavѣћati, i jemu	ıего'завѣщати и ıемоу сѧ ота-	conveniat nos renunciare et
96 kati igemu zeoteti|	se otéti. Prѣjše naši	ти • прѣждьше наши жестоко	illi nos eripere. Majores no-
97 preise nassi zes ztoco|	žestoko stradaхѫ; nebo	страдахѫ • не во ıа тептхѫ ме-	stri graviter sunt passi; nam
98 stradacho nebo ie te|	(?ibo?) je tepѣхѫ metlami,	тълами и приньзъше огни	eos verberabant virgis et ad
99 pechu metlami ipri|	i pri nizцѣ ognji pečaхѫ,	печахѫ и мечи тьнахѫ и	humilem ignem torrebant,
100 nizse ogni pecsachv|	i mečі tnjaхѫ i po lѣsu	по лѣсоу вѣшахѫ и желѣзь-	et gladiis decollabant et lig-
101 imetsi tnachu ipolezv|	vѣšaхѫ, i želѣzny ključi	нъı ключи ıа растрьгахѫ • а	no suspendebant et ferreis
102 vuesachuiselezni cliusi||	je rastrgaхѫ. A to pak	то пакъ мъı нъıнѣ нашеѭ	uncis eos lacerabant. At hoc
103 ge raztrgachu atobac|	my nynje našѫ pravdnѫ	правьдьноѭ вѣроѭ и пра-	nos nunc nostra justa fide et
104 mui ninge nasu prau|	vѣrѫ i pravdnѫ ispovѣd-	вьдьноѭ исповѣдиѭ тожде	justa confessione idem pos-
105 dnu vuerun ipraudnv|	jѫ toje možem storiti	можемъ сътворити ıеже они	sumus facere, quod illi illa
106 izbovuediu toiemosim|	(stvoriti?), eže oni tѫ ve-	тоѭ великоѭ страстиѭ съ-	magna passione fecerunt. Er-
107 ztoriti eseoni to vue-|	likѫ strastijѫ stvoriše.	твориша • да по томоу съıнь-	go, filioli, Dei servos advo-
108 lico strastiu stuorise|	Da potomu, synцi, bo-	ци • божиѩ раба призъва-	cate et eis peccata vestra
109 dapotomu zinzi bosi|	žie raby prizvavše tere	въше • тере имъ грѣхъı ваша	enumerate et eis confitemini
110 raba prizzuause tere|	im grѣхy baшa počtѣte	почьтѣте и имъ исповѣдь-	peccata vestra.
111 im grechi vuasa poste|	(poštѣte) i im ispovѣd-	ни бѫдѣте грѣховъ ва-	
112 te ſim izpovvedni bo|	ni bѫdѣte grѣхov vašiх.	шихъ•	
113 dete grechov uuasih	*) *Primo scripserat*: od nego.		

Monumentum III.

(Codicis Frising. f. 160 v. — 161 r.)

1. 2 Iazze zaglagolo | zlo-	Iaz se zaglagolѫ zlodѣju;	Азъ сѧ заглаголѭ зълодѣю	Ego abrenuncio diabolo, et
3 deiu • I uzem iego | de-	i vsѣm jego dѣlom; i	и вьсѣмъ ıего дѣломъ и	omnibus ejus operibus, et
4 lom • I uzem iego|lepo-	vsѣm jego lѣpoћam. To-	вьсѣмъ ıего лѣпощамъ • тоже	omnibus ejus pompis. Item
5 cam • Tose uueſruiu	že vѣrujѫ v bog vsemo-	вѣроуѭ въ богъ вьсемогѫщь	credo in Deum omnipoten-
6 u bog uze mo | goki • I	gѫћi; i v jega syn; i v	и въ ıега съıнъ и въ свѧтъıи	tem, et in ejus filium, et in
7 u iega zin; | I u zuueti	svѣty duх. Da ta tri ime-	доухъ • да та три имена •	sanctum spiritum. Quod haec
8 duh • Data | tri imena •	na edin bog gospod svѣ-	ıединъ богъ господь свѧтъıи	tria nomina unus Deus sanc-
9 edin bog | gozpod zu-	ty, iže stvori nebo i zem-	иже сътвори небо и землѭ •	tus, qui creavit coelum et
10 ueti • | ise zuori nebo •	lѫ. Tože iskѫ jega mi-	тоже искѫ ıега милости и	terram. Item imploro ejus
11. 12 Iz|emlo • Tose izco ie|ga	losti. I svѣte marie, i	свѧтъıѩ мариѩ • и свѧтаго	misericordiam. Et S. Mariae,
13 milozti • I sc̃e | ma-	svѣtega miхaela, i svѣ-	михаела • и свѧтаго петра •	Et S. Michaelis. Et S. Petri.
14 riae • I sc̃e mic|hahela •	tega petra, i vsѣх božiх	и' вьсѣхъ божиихъ сълъ и	Et omnium Dei apostolo-
15 I sc̃e pe | tra • Iuseh	sыl, i vsѣх božiх mѫče-	вьсѣхъ божиихъ мѫченикъ	rum. Et omnium Dei marty-
16 bosih zil • | Iuzeh bosih	nik, i vsѣх božiх za-	и вьсѣхъ божиихъ законь-	rum. Et omnium Dei fideli-
17. 18 mose|nic • Iuseh ƀ za ||	konnik, i vsѣх svѣtyх	никъ и вьсѣхъ свѧтъıхъ	um. Et omnium sanctarum
19 connic • Iuseh zu&ih|			

TEXTUS AD διάγραφον CODICIS FRISING. EXPRESSUS.

19 deuuiz · Iuzeh ƀ moki|
20 Da mirasite napomo-
21 ki biti · Ki bogu moih
22 gre|chou · Dabim cisto
23 iz|pouued ztuoril · Iod|
24 puztic otboga priel ·!|
25 Bogu uze mogokemu|
26 izpouuede uze moie|
27 greche · Isc̃e marie · |
28 Uzeh nepraudnih del ·|
29 inepraudnega pomisle-
30 ɳa · | Ese iezem uuede
31 ztuo|ril · ili neuuede ·
32 nudmi | ili lubmi zpe ili
33 bde[a] · | Uzpitnih rotah ·
34 Vlisnih | resih · vtatbi-
35 nah · Uznicistvę · || Ula-
comztue · Vlichogede ɳ ·|
36 Vlichopiti · Vuzmaztue ·|
37 Iuuzemlicho diani · Ese|
38 iesem ztuoril ꝓtiuuo|
39 bogu · odtogo dine|
40 ponese xp̃en bih · dase|
41 dodiniz negodine · To-
42 go | uzego izpouueden
43 bodo ·| Bogu · Isc̃e ma-
44 rii · I sc̃o | laurenzu goz-
45 podi · | Iuzem zuetim · I
46 tebe | bosi rabe · Caiuze|
47 moih grechou · Iradze|
48. 49 chocu caiati · elicose | zi-
50 mizla imam eche | me
51 bose postedisi · Daimi|
52 bose gozpodi · tuuoiu |
53 milozt · dabim nez|ra-
54 men · i neztiden | nazu-
55 dinem dine · | predtui-
56 ma osima | ztoial · igdase
57 pri|des zodit. Siuuim ·|
58. 59 I mrtuim · comusdo | po
60 zuem dele · Tebe | bose
61 miloztiuui | poruso uza
62 moia | zlouuez Imoia |
63 dela · I moie pomis|

IDEM A NOBIS SCRIPTUS SLAVICIUS.

dѣvíц, i vsѣχ božiχ moћij; da mi račite na pomoћi bыti, kь bogu, moiχ grѣχov; da bыm čistж ispovѣd stvoril, i odpustьk ot boga priѣl. Bogu vsemogжћemu ispovѣdѣ vse moje grѣχe; i svѣtej marie; vsѣχ nepravdnыχ dѣl i nepravdnega pomышlenja; eže jesьm vѣdѣ stvoril, ili nevѣdѣ; nudmi ili lubmi, spѣ ili bdѣ, vъ spitnыχ rotaχ; vъ lъжnыχ rѣčьχ; vъ tatbinaχ; v sničistvѣ; vъ lakomstvѣ; vъ liχojedenii; v liχopitii; vъ usmastvѣ, i vъ vsѣm liχodѣanii. Eže jesьm stvoril protivж bogu, od togo dьne, poneže χ̃ren bыχ, daže do dьnьшnjego dьne. Togo vsego ispovѣdьn bжdж Bogu, i svѣtej Marii, i svѣtemu Lavrenцu, gospodi, i vsѣm svѣtыm, i tebѣ, božij rabe. Kajж se moiχ grѣχov; i rad se χoћu kajati, elikože sъmыsla imam, eče me, bože, poшtediшi. Daj mi, bože gospodi, tvojж milost, da bыm nesramьn, i nestыdьn pred tvoima očima stojal, igdaže prideш sжdit živыm i mrьtvыm, komuždo po svem dѣlѣ. Tebѣ, bože milostivы, porжčж vsa moja slovesa*), i moja dѣla, i moje pomыш

*) Codex male: *zlouuez* pro: *zlouueza.*

IDEM ἐξωςρομηρωμένος AUCTORE ALEX. VOSTOKOV.

дѣвицъ и вьсѣхъ божинхъ мощии да ми рачите на помощь бꙑти · къ богоу моихъ грѣховъ · да бꙑимь чистѫ исповѣдь сътворилъ и отъпоустъкъ отъ бога приилъ · богоу вьсемогѫщемоу исповѣдѣ вьса моꙗ грѣхꙑ · и свѧтѣи марии, вьсѣхъ неправьдьнꙑихъ дѣлъ и неправьдьнега помꙑшлениꙗ иже ѥсмь вѣдꙑи сътворилъ или не вѣдꙑи · нѫдьми или любьми · сьпа или бьда, въ сꙑпитьнꙑихъ ротахъ, въ лъжьнꙑихъ рѣчьхъ въ татьбинахъ · въ зничиствѣ, въ ламьствѣ · въ лихоꙗдѣнии, въ лихопитии · въ оусмастѣ и въ вьсемь лиходѣꙗнии · иже ѥсмь сътворилъ противѫ богоу · отъ того дьне понеже хр҃щенъ бꙑхъ · даже до дьнешьнꙗго дьне · того вьсего исповѣдьнъ бѫдѫ богоу и свѧтѣи марии и свѧтомоу лаvренцоу господи и вьсѣмъ свѧтꙑимъ · и тебѣ божии рабе · каѭсѧ моихъ грѣховъ и радъ сѧ хощѫ каꙗти ѥликоже съмꙑсла имамь аще мѧ боже пощадиши · даи ми боже господи твоѭ милость да бꙑимъ не срамьнъ и нестꙑдьнъ на сѫдьнѣмь дьни прѣдъ твима очима стоꙗлъ ѥгдаже придешь сѫдитъ живꙑимъ и мрьтвꙑимъ · комоуждо по своемь дѣлѣ · тебѣ боже милостивꙑи порѫчѫ вьсꙗ моꙗ словеса · и моꙗ дѣла · моѥ помꙑш-

LATINA AD VERBUM INTERPRETATIO

virginum. Et omnium Dei virtutum (reliquiarum). Ut mihi dignemini auxilio esse ad Deum de meis peccatis. Ut puram confessionem faciam et remissionem a Deo accipiam. Deo omnipotenti confiteor omnia mea peccata, et Mariae; omnia iniqua opera et iniquas cogitationes. Quod sciens feci, aut inscius, coactus aut sponte, dormiens aut vigilans. In gratuitis juramentis, in mendacibus verbis, in furtis, in luxuria, in avaritia, in nimis edendo, in nimis bibendo. In intemperantia et omni immoderatione. Quod feci contra Deum ex eo die posteaquam fui baptizatus usque ad hodiernum diem. Hoc omne confiteor Deo et S. Mariae, et S. Laurentio, Domine, et omnibus Sanctis, et tibi, Dei serve. Poenitet me meorum peccatorum, et libenter agam poenitentiam quantum habeo mentis, si mihi Deus peperceris. Da mihi Deus Domine tuam gratiam, ut sine pudore et rubore in judicii die ante tuos oculos stem; quando venturus es judicatum vivos et mortuos, quemque secundum suum opus. Tibi Deus misericors commendo omnia mea verba, et mea opera, et meas cogitationes, et meum

TEXTUS AD διάγραφον CODICIS FRISING. EXPRESSUS.	IDEM A NOBIS SCRIPTUS SLAVICIUS.	IDEM ἐξωσρομηρωμένος AUCT. A. VOSTOKOV.	LATINA AD VERBUM INTERPRETATIO.
64 lenie • I moie zridze • |	lenie, i moje srьdьje, i	лѥниѥ и моѥ срьдьцѥ и моѥ	cor, et meum corpus, et me-
65 I moie telo • Imoi | siu-	moje tѣlo, i moj život,	тѣло • и мои животъ и моѭ	am vitam, et meam animam.
66 uot • I moiu dusu • |	i mojѫ dušѫ Kriste, bo-	доушѫ • кристе божии сꙑноу	Christe, Dei fili, dignatus es
67.68 Criste bosi zinu • | ise	žij sьinu, iže jesi račil	иже ѥси рачилъ на сь свѣтъ	in hunc mundum venire; pec-
69 iezi razil • nazi || zu&	na sь svѣt priti, grѣš-	прити • грѣшьникꙑ изба-	catores liberare a malefactoris
70 priti • gres|nike isbau-	nike izbaviti ot zlodѣjne	вити отъ зълодѣинꙑ об-	potestate, custodi me ab om-
71 uiti • ot | zlodeine ob-	oblasti, uχrani me ot	ласти оухрани мѧ отъ вьсега	ni malo, et salva me in om-
72 lazti • | Uchrani me ot	vsega zla, i spasi me vъ	зъла • и съпаси мѧ въ вьсемь	ni bono. AMEN, amen.
73 uzega | zla • Izpazime |	vsѣm blazѣ. Amen,	блазѣ • Амен, аменъ•	
74.75 vuzem blase • | AMEN•	amen.		
76 amen			

E p i l o g u s. Prae omnibus nolimus lectores ignorare de his monumentis ipsius summi D o b r o v i i sententiam. Quamquam enim subinde in nonnullis jure nostro ab illo discedimus, tantum tamen abest, ut illius vel obiter dicta contemnamus, ut potius tanti viri, cujus divino fere animo universa Slavorum omnium et historia et lingua semper quasi praesens obversabatur, vix non ipsa somnia censeamus audienda. Audi ergo Dobrovium e literis ad d. XXI Nov. 1826 hac de re ad nos datis (ipsoque permittente publicandis, si vellemus) de Frisingensibus nostris monumentis sic judicantem:

„Putem ita disponenda esse haec tria monumenta, ut J a z z e z a g l a g o l o quippe omnium antiquissimum ponatur p r i m o loco; hoc excipiat G l a g o l i t e p o n a z, utpote unum illustrans alterum; tandemque haec puriora Carantanica ultimo loco sequatur E c c e b i separatim, utpote bohemizans et alius originis. Quidni enim hoc ultimum E c c e b i putes primitus exaratum a Merseburgensi Episcopo B o s o n e c. 970, postea a S. A d a l b e r t o refictum pro Bohemis, denuoque ex hoc Adalberti exemplo a Frisingensi quocumque demum adaptatum pro Carantanis? Ceterum, etiamsi ultimam hanc Frisingensis scripturam τοῦ E c c e b i ad annum usque 1020 relegemus, erit tamen sat antiquior antiquissimo Bohemorum viginti vocabulorum fragmento diplomatis A 1058, ipsoque aureo Russorum Ostromiro A. 1057. Reliqua vero ambo monumenta putem esse primitus exarata c. 950, imo et vel c. 900."

Haec ille. Nesciebat nempe tum vir summus, ab amicis Monacensibus nobisque ipsis explorata argumenta pro a e v o, imo saltim ex parte etiam pro ipsa m a n u Episcopi Abrahami, supra cum lectoribus communicata. Hocque nunc magis gaudeas, et Dobrovio et aliis quamvis diversissime inquirentibus tam bene coire haec omnia. Nos enim nil dubitamus, Abrahamo nostro de facie notos, imo fortasse etiam familiares fuisse et B o s o n e m Bavarum ad S. Emeramni monachum Ratisbonensem, postea ab A. 969 — 971 Merseburgensem Episcopum, et S. A d a l b e r t u m, bohemici dynastae filium, qualis et ipse erat Carniolus Abrahamus. Sed cum ipse Dobrovius, etiamsi illi ex parte videretur bohemizare E c c e b i, non tamen sit ausus id habere ἀμέσως pro bohemico, sed propter lusaticum, ut primo quidem intuitu videatur, pronomen t o n (occurrens II, 91; de quo tamen cf. nostras adnotatiunculas) putarit p r i m o dictatum s o r a b i c e, s e c u n d o e Sorabico vorsum b o h e m i c e, t e r t i o q u e demum loco e bohemico refictum c a r a n t a n i c e; omnisque vis hujus argumentationis proprie sita sit in vocabulis выгнанъ II, 9, et модлити II, 6 et 59, juxta ipsius Dobrovii classificationem dialectorum tantum septentrionalium, pro meridionalium Slavorum изгнанъ et молити (sine д epenthetico ante л): nae nos facile nimis ab hac objectione tuebimur ipsius etiam τοῦ E c c e b i carantanitatem, excipientes: 1) teste U r b a n o J a r n i k, parocho Solvensi prope Klagenfurt (Slavis est цѣлόвц sive malis цьлόвц) in Carinthia, κριτικωτάτῳ auctore Etymologici linguae Slovenicae per Austriam Interiorem (quae fere medii aevi Carantano respondet) editi Clagenfurti, 1834, p. 52. ad hodiernum usque diem et вы-pro из-, et д epentheticum in шидло, кридло, мотовидло etc. vigere in ipsa Carinthia. 2) Abrahamum nostrum, aut quicumque demum in illius Vademecum (ἐγχειρίδιον) intulerit hunc episcopo haud indignum sermonem E c c e b i etc. si quidem scierit e bohemico ita f a c e r e carantanicum, ut nunc habemus, nae eum minime indiguisse tam duplici duce et auctore. Imo, si tres hos Episcopos aequales oporteat Slavica quemque sua sibi invicem quasi lampada tradidisse, cur non potius Abrahamum, a parentibus carantanis naturâ δίγλωσσον, et natu majorem, credamus et Germano Bosoni, et ipsi longe minori Bohemo S. Adalberto praeivisse exemplo? Adde et de Bosone et de S. Adalberto narrari, illos oviculis suis magno cum fervore zeloque inculcasse peregrinum K r l e s s (κύριε ἐλέησον), cujus nullum hic vestigium.

Sic, rejectis etiam Bohemis, sat amplus tamen campus manebit totius Carantani a Dravi Trunaeque fontibus ad Istriam et Slavoniam usque pro loco natali sive trium simul monumentorum sive singulorum separatim. Si certum esset, Frisingensem cathedram olim et in Dalmatia habuisse latifundia, nos ob sonum h saepius recurrentem non dubitaremus huic potissimum provinciae vindicare haec monumenta: sed ignorante hanc inter Frisingenses provinciam Meichelbeckio Frisingensis ecclesiae instructissimo historico; ignorantibus item Dalmatis et rhinesmum et carantanicum τοῦ ж sonum in his monumentis obvium; sonoque h jam nunc inter Carniolos orientales (inter Crainburg, Stein et Labacum, inter Savum, Kkkram, et Bistrigam fl.), itemque in Canalitis Carinthiae sponte memorato, et fortasse in posterum etiam aliunde prodituro; tutius intra proprii Carantani fines, hodieque plus sex septem ejusdem dialecti varietates repraesentantes nos continebimus, sive ad Trunae Dravique sive ad Colapis fontes, Savique et Corcorae fluentâ ea literis consignarit Frisingensis ecclesiae missionarius, sive ipse Abrahamus is fuerit, sive illius discipulus, aut vel magister.

De scriptura diximus jam supra, si non plane unius ejusdemque manus diversae ad summum sive pennae sive aetatis, saltim videri ejusdem aevi; ita ut ex. gr. Abrahamo dictante scripserit imitata, ut solet, patroni ductus manu Tironis. Nam manus, quae scripsit supra citatum „breve recordationis de curte nostra Godigo etc." et „quantum mihi pertinet", itemque „constitutionem venerabilis ducis Heinrici" eadem plane videtur, quae scripsit monumentum II et III. Imo eadem fere germanica confusio B et P sonorum in dictae Constitutionis latinis vocibus probrium, puplicum forpannitum et forbannitum etc. recurrit etiam in monumentis II et III.

Monumentum I, lineis, quas vocant, longis est exaratum, id est per totam paginam continuatis, non distributam in binas columnas; cum contra II et III binas in quavis pagina columnas exhibeant.

Adde scriptorem τοῦ I et III verba uno, ut putamus, spiritu efferenda distinxisse punctis; contra eundem τοῦ II, ab initio ad finem nullam habere interstinctionem, nisi forte velis plura verba συνεχῶς (uno tenore) scripta illi non inepte vim habere interstinctionis. Nos pro officio nostro utrumque expressimus ad fidem codicis. Atque hactenus de prima et primaria nostrae editionis columna, quae codicem repraesentat ad διάγραφον nostrum.

Quod columnam secundam attinet, slavicioris scriptionis nostrae, praevie sic habe: 1) admiratos nos esse fidem germani scriptoris, qui II, 5: slzna, 10: mrzna, 103: raztrgachu etc. non reformidavisset exprimere, ut Bohemus non posset melius. 2) ubi simplicis soni deesset simplex itidem vere latinum signaculum, hoc mutuatos esse ex cyrilliano, quod tractamus, alphabeto. 3) ubi Germanus pro muta sive malis dimidia vocali ь, integram *e* aut *i* posuerit, reposuisse e linguae genio nostram ь; itemque, ubi ille pro ъ posuerit integrum *u*, reposuisse slavicum ъ. 4) rhinesmum, quem ille mox neglexit, mox indicavit per on, un, ubique scripsisse per ѫ, de hujus sono sive producti tantum ô, sive etiam plus minusve nasalis ą, nil praejudicantes. De consonantium scriptione dicemus inferius.

Columnâ tertiâ habes Carantanica monumenta nostra ad Ostromiriani codicis ὀρθογραφίαν, ut ait, cyrillianam exacta ab ipso illius vetustissimi, qui hucusque innotuerit, codicis custode Al. Vostokovio Petropolitano. Qui perpenderit 1) genuinos nobis S. Methodii codices adhuc deesse, ipsumque Ostromiri codicem esse ducentis fere annis recentius nec id omnino immutatum bulgarici codicis apographum; 2) nostra Carantanica esse integro seculo recentiora S. Methodio, excepta in opposito fine Pannoniae, hodieque sex septem sat diversas ejusdem linguae alentis ὑποδιαλέκτους, ut ipse mox videbis ex evangeliorum speciminibus a nobis propositis: is, puto, jam nunc similitudinem potius mirabitur tam diverso et loco et tempore natorum quam differentiam.

Quartâ denique columnâ latinam habes ad verbum interpretationem Carantanicorum, quae commentarii vicibus utcumque fungetur; in quo, licet pleraque nobis praeceperit expeditior Vostokovius, nosque ipsi complura debeamus Dobrovii monitionibus, insunt tamen nonnulla nobis omnino propria. Ad singula descendamus.

Ante omnia meminisse velimus lectores, hoc potissimum differre linguas non solum slavicas, sed universas totius Europae recentioris, quod sibilantibus praeprimis litteris, et vocalibus sive iis simplicibus sive diphthongis, superent antiquas, graecam latinamque. (Noruntque periti ipsam graecam hodiernam sat mendice scribi litteris Veterum). Desunt nempe in classicis alphabetis, latino maxime, signacula sonorum universae fere hodiernae Europae communium: ж, ȝ, χ, ц, ч, ш, ь, ъ, ѣ, j, ѫ, ѧ; ad quos scribendos plerique Occidentales alii alios ex arbitrio applicuere vel singulorum vel plurium simul elementorum abusus. Uni omnium Slavorum apostoli, SS. Cyrillus et Methodius fratres veram, augendi scilicet novis signis simplicibus veteris alphabeti viam sunt ingressi; (quamquam nec ipsi videantur in bene coepto perseverasse usque ad finem). Occidentales vero omnes plus minus, judicio lectoris linguae periti πολυσημοτάτων (contra veram scripturae θεωρίαν) γραμμάτων pro re nata quoque loco verum necessariumque sonum permisere divinandum. Exemplo sit ipse Frisingensis noster, quoad rem quidem scriptam inaestimabilis, quoad ejus vero scriptionem unus de multis. Nonne ille, ut minores errores confusi *b* et *p* etc. taceamus,

в	modo scribit	u, uu, modo v, vu?		оу	modo scribit	u, modo v.		ꙑ	modo scribit	i, modo ui, e.	
ж	—	—	s, modo z.	χ	—	—	ch, h.	ь	—	—	e, i.
ȝ	—	—	s, sz, z.	ц	—	—	c, z.	ѣ	—	—	e,
і	—	—	i, g.	ч	—	—	c, s, cs, z, ts, tz.	ю	—	—	iu pro ju.
к	—	—	c, k, ck? g?	ш	—	—	s, ss, z.	ѫ	—	—	u, o, un, on.
с	—	—	z, s, sz, zs, sc, zz,	ъ	—	—	u.	ѧ	—	—	e, en, a.

Ut adeo e. g (id quod recte observat Vostokovius) una s et z littera 1) modo ж, 2) modo ȝ, 3) modo с, 4) modo ц, 5) modo ч, 6) modo denique ш sonet! Hanc illi appellant verborum e genio linguae lectionem (nach Art der Sprache lesen). Sed de his hactenus. Ad commentanda ipsa monumenta progrediamur.

COMMENTARIOLUS AD MONUMENTUM I.

L. 1. Rara (redka) verba dicit, quae solemni lentaque voce vult, se praeeunte, repeti a populo. Monendus est lector, nos ѣ hic more Carniolano et Russico efferre per *é fermé* Gallorum, non per jé. Item s simplex hic nobis cum Bohemis, Polonis et Slavonis valere s Gallorum Italorumque initiale, id est ç aut ss; z contra z gallicum. Utrumqne sonum habes in gallico numero *seize*. — l. 3. creztu (крьстоу) jure pro (Joanne) baptista accipimus, prout et aliae confessiones habent: quamquam Dalmatae nunc Christum ipsum vocent Kerst, et Isukerst, ut videbis ex speciminibus, ipsoque Nostro inferius. — l. 4. crilatcem (крилатьцемъ) non male pro angelis, quos alis (крила) instructos pingunt. — 7. chokú (χохоу); sic putavimus proferri debere hic et alibi k, illyrice κοινῶς, et ex parte tantum carantanice (nempe in valle Canali Carinthiae, et in planitie Carniolae superioris, cujus incolas Poljanцos (Campestres) vocant subalpini Gorѣnцi, ultra Kѫkram habitantes. Si enim χокоу voluisset, potius suo c scripsisset: chocù. χокоу autem pro χоhоу audimus quotidie dicere Valachos Macedoniae volentes loqui illyrice. — l. 7; ispovѣdьн bыti (cf. II. 112; III, 42) jam monuit Vostokov, respondere german.: beichtig werden, i. e. confiteor. — l. 8: beusi (бывши), videtur τὸ e habere ex analogia praet. бѣхъ

fui, perperam; (nam gerund. praet. sequuntur participia praet.; haec vero inf.; quae utraque бꙑлъ et бꙑти habent, non бєлъ, бєти, nec бѣлъ, бѣти); quamquam Polono suum byl, et Bohemo beyti fere sonet ut bel, beti. Nos in Slavica scriptione restituimus rectum ꙑ. — ón, nunc Carantano plane ún svꙗt sonat pro Germani: jene Welt. cf. II, 3, nepriiemljóhi aeque notatum ó accedens ad ú; sed oblitus est idem notare II, 6. — l. 13: vuuraken (оуроѣєн) hoc uno loco k accipimus non ut alias pro emollita т (ћ) sed д (ђ) illyrica, Carantanis nunc minus usitata, sed ejus loco simpliciori j; rojen dicentibus pro antiquiori рођєн Illyriorum et ipsorum Zagrabiensium, qui proprie sunt ultimi Vinidi. Dobrovius volebat врачєн legi, quasi redditus, editus. (Nam ille nec ћ illyricum volebat in his, sed ч Pseudocroatis Zagrabiensibus et Carantanis usitatius). Sed врачєн non admittit significatum τοῦ editus, i. e. natus, genitus; redditus autem, quae propria vis est τοῦ вращєн (versus, reversus) plane caret sensu; nisi quis μετεμψύχωσιν hic quaerat. — l. 14. ili vúolo — Vostokovius malit verbum esse, ut praecedens помнѧ; nobis potius utrumque videtur casu instrumentali dictum. — l. 15. uzmazie, n. accipimus pro peregrina voce, facta e phrasi germanica: ûz der mâze, extra modum, τὸ ἔκμετρον. Cf. III. 36. uzmaztvo, n. — 16. uzinistve cf. cum III. 34. locus difficilis. Dobrovius putabat esse praepostere scriptum pro: u nizistue i. e. въ нєчиствїи, in impudicitiâ. Шaffarik, spes altera Bohemiae, in novissimo suo optimoque opusculo: Serbische Lesekörner (Grana lectionis Serbicae) 1833. 8, adfert adj. сничавъ 1 Tim. 5, 13, περίεργοι, curiosae (quasi a сница pro синица, parus, Meise, avicula moribus et habitu curiosissima?) ex Apostolo Шишatovcensi A. 1324 ab ipso Dobrovio saepius laudato, ipsique huic loco nostri monumenti applicat, nescio an satis feliciter; praesertim si e Dobrovii sententia conferatur cum monumenti nostri III, 34. ubi expressis verbis въ сничнєствѣ eodem plane loco habetur. Adde ab adj. сничавъ expectari subst. сничавство, sicut est лѫкавство a лѫкавъ. — l. 18. nedela. Cum lexica carantanica etiam nedieu (нєдѣлъ, m.) habeant, nil opus est proponere lectionem нєдѣла, ut sit genitivus vetus verusque pro vulgato нєдѣли τοῦ нєдєлꙗ, f. — l. 20. creztu (крьстоу) vides hic usurpari alio sensu, i. e. baptismi aut fidei christianae, aut ipsius Christi, quod vidisti supra l. 3. usurpatum pro (Joanne) baptista. — vúez nescias вѣсьнє credas dici, an вѣш? Prius antiquius est, et menti ipsius fortasse scriptoris (qui plerumque z scribit pro с) magis consentaneum, alterum melius respondet reliquis ejus neoterismis, и omittentis in verbi secunda persona sing. praesentis. — l. 22. postenih (поштєныхъ). Noli mirari шт pro чт, cum omnes hodiernae dialecti revera sic loquantur, etiamsi ludimagistri urgeant чт. Cf. Serborum што pro что, ipsumque verbum поштєньє pro почтєньє; cf. tandem mensuram штартинъ, e numerali чєтꙑри, чьтꙑри derivatam, universo Carantano tam slavico quam germanico notissimam. — l. 34. Nota Adj. n. vúecsne (вѣчнє) si hodiernum linguae statum spectes, plane bohemicum aut polonicum. Cisdanubiani omnes, puto, Bulgari, Illyrii et Carantani nonnisi вѣчно dicerent, Veteres вѣчноє. Nisi forte quis defendat pro Carniolico et hoc vѣчнє (et infra II, 2: te), dicens, esse mutam in fine vocalem, ъ, in quam Labacenses corrumpunt o et u neutrorum. Vide Gramm. nostrae p. 262. — Imo melius etiam habebit pro contractione τοῦ вѣчноє, quales plures habet monumentum: mé pro moje, méga pro mojega; ut de tva pro tvoja, mó pro mojo, tvó pro tvojo etc. nil dicamus. — Escv iezt. Pro v, slavicus aliquis Bentleius sine audaciae nota dicat, scribe meo periculo: vi ezt, aut potius ut sibi constet librarius, vi iezt i. e. вꙑ jest, vobis est.

AD MONUMENTUM II.

Lin. 1. Ecce, nunc Carantanis че (si), absorpta, ut alias sexcenties, prima syllaba; cf. жє pro оужє, шє pro єшчє etc. — detd est дѣдъ, avus; hic pro primo avo, quem voce hibrida protoparentem Adamum appellant. — l. 2. Nota particulam te, Russis то, Petronio tunc, ipsique Homero τῷ (tunc), respondentem germanicae: so, in apodosi, praecedente wenn; Veteribus et hodiernis Slavis de regula aeque cum Graecis Latinisque haud necessariam. — l. 13: Ibzzredu sat probabiliter et Vostokovius et Dobr. corrigunt in: I po srédu, ut sit: et ex statuto; secundum illud: Omnibus hominibus statutum est, semel mori. Nosque ipsi praeferimus aliorum explicationi, quae volebat: бєзъ рѧдоу, sine ordine; ut esset Horatii Carm. I, 28: Mixta senum ac juvenum densentur funera. — l. 14. Nota pagi pro пакꙑ, cum alias illi g sonet j. — l. 19. Nota adj. Sotónin, subst. Sotona, facti e Germanorum Satan, sicut pop fecere e phaph, et post e Faste. — l. 20. treba est sacrificium idolis factum. An pertineat ad radic. treb-iti (exentero), ipseque жрьц sacerdos ад жр-ѣти (voro) videant alii. — l. 22. raszbui primo exaraverat, sed ipse mox correxit u in o. Similiter fecit mox lin. 25 prestopam e prestupam, et infra lin. 51 krovvi e primitus scripto kruvvi. — l. 26 nizce teh del mirzene etc. locus difficilis. Non male dedit Vostokov: Ничь жє-мрьзнѣє (nil autem his operibus odiosius). Carantanus possit etiam dicere: нишчє (nihil) pro aliorum ничто, et Vostokovii ничь жє. — l. 37. чesti iχ pijem (honores, an: honori? eorum bibimus). Nosti morem medii aevi „bibendi honorem Dei et Sanctorum" non solum ex historia eccl. Germanorum, sed et nunc vigentem in Serbis (v. Vukii lex. voce слава). Ergo nil opus est recurrere ad bulgaricum pejem pro pojem (canto). — l. 41. Tíjєжє, signum, quod vides impositum i litterae, quid sibi velit, non assequor. Idem signum imposuit III, 32 gerundivo bdé; et paullum diversum II, 69 nikǐжe. Sensus in omnibus his locis nil indigere videtur hoc signo. — l. 57. Salve, aptissima hoc loco repetitionis figura: temi temiti se. — l. 61. dos: bibliopegus codicis etiam ipsius s litterae partem amputavit, et fortasse quod sequebatur e. Nos quamvis improbante Dobrovio, legimus дождь aut дожє (donec), confirmante Vostokovio e Sborniko A. 1073, et Шaffarikio e dorꙑ illyrico. — l. 64 Nota gratissimam Dobrovio phrasin искони докони, altera sui parte nonnisi in hoc monumento servata. — l. 65. izvvolenico scripserat primum, sed emendavit sive ipse sive alius, com superscribens ultimae vocis syllabae co; plus aequo, cum nonnisi m adjiciendum esset, non com. — l. 67—68 ibbgeni; et hoc loco bibliopegus prioris b, utpote finalis in pagina litterae partem abscidit, ut tamen satis agnoscas b. Sed et sic haereas. Vostokovius legit (quin tamen ipse sibi satisfaciat) russice: бьєни (pro бикнєни veterum, et reliquorum qui nunc sunt Slavorum, praeter Russos, omnium) ipsaque quae sequuntur ut liza in biza violente nimis mutat. Dobrovius volebat legi: i pobejeni, ut esset: et compulsi (pobeжdeni); vide an non loco τοῦ pobejeni malis ἰσοδύναμον et aperte corruptae scriptioni propius pojeni, part. carniol. verbi podím (sl. пѫдити, boh. puditi, pol. pędzić); ut prius b sit pro o, plane ut supra II, 15; et sensus respondeat versui Sequentiae pro Defunctis:

L

Tuba mirum spargens sonum
Per sepulcra regionum
Coget omnes ante thronum etc.

Podím enim Carniolis quidem, quod sciamus, est propello, sed Bohemis et Polonis universim pello, impello, excito. Vix dubitamus fuisse probaturum Dobrovium hoc pojeni. Quamquam et sic videatur deesse aliquid, ex. gr. ad tribunal judicis aut tale quid. Nisi forte nobis succurrat philologorum jurisperitissimus Jac. Grimm, ope germanici moris in jus vocandi adversarium, qui impune ferebat absentiam, nisi in faciem sibi fuisset nunciata vocatio. Ideo fortasse dicit Sermo, hic non licere abscondere faciem, aut fugere, sed esse apparendum ante Thronum Dei, et respondendum accusanti Malefactori antiquo. — l. 74. Nota formam plane carniolicam hodiernam sь zlodjem διασυλλαβῶς, non zlodejem ut habet alias. — l. 84. in muzlite putes excidisse i literam post u, pro muizlite i. e. мыслите. — l. 89. zveti cruz i. e. свѣты кръст, nobis est: der heilige Christ Germanorum, nec opus est cruz habere pro compendio nulla titla indicato τοῦ Christus. — l. 91. Nota ton (hic) pronominis formam solis nunc Lusatis usitatam, pro ten Boh. et Pol., et тъ Veterum et Carantanorum. Hocque ton pronomen maxime fortasse moverat Dobrovium, ut sibi fingeret primum hujus Sermonis auctorem fuisse Sorabum. Possit tamen reponere Carantanus: ante mille annos cum aliis Sorabismis (modlim) potuisse et hunc (ton) sibi communem cum Sorabis esse. Aut quid, si ton non sit quod putatur ton (hic), sed aut to ны (hoc nobis), aut to simpliciter, abundante litera n, aut to on (hoc ille); aut denique, si dederimus Dobrovio esse apographum nescio quotum, cur non t huc demigrarit e lineae 89 voce ultima cruzt ubi nunc deest? Ceterum tantum abest, ut Carantani a Sorabis quid acceperint, ut potius (si minus noti ex historia S. Bonifacii Moyn- et Radantz-Vinidi, quorum non exstant linguae reliquiae) certe Slavi Luneburgici linguae indicio prodantur coloni Carantanorum indubii. — l. 99. pri nizse ogni Vostokovius accepit: admotos igni, quasi принызше, gerundivo praet. verbi принызж, satis quidem apte ad scriptionem, cui s plerumque est ж, z vero с, non щ: vide tamen, an liceat legere nobiscum при нисцѣ огни; i. e. ad humilem (lentum) ignem, quod Galli vocant brûler quelqu'un à petit feu; sensu certe meliori quam sit vostokovianae lectionis. Notae sunt e Prudentio prunae tepentes, harumque lenta flamma, qua ipse S. Laurentius nostri monumenti est absumptus. — l. 105. vuerun, non credimus debere corrigi in veruu, sed esse un scriptionem nasalis vocalis ѫ. — l. 110. quid dicas esse božiraba, ubi rabы aut rabe expectes. Nam pluralem poscit mox sequens bis im (illis). Dobrovius, ut erat promtissimus ad respondendum, provocarat ad Russorum, два, три, четыри чловѣка; sed hic minime numerantur confessarii, quos tantum plures adfuisse patet ex ipso sermone, habito probabiliter ab ipso episcopo in loco populi religionis causa undique affluentis frequentia celebrato, tempore solemniori Paschatis, Pentecostes aut Dedicationis; aut potius, nostro quidem judicio, ab oratore enixe commendatur auditoribus confessariorum advocatio.

AD MONUMENTUM III.

Lin. 12. Notá latine abbreviatum sce. cf. infra l. 44. Quamquam et Carnioli germanizans Sant jam sibi aptarint, dicentes шьнт-Jakop, шьнт-Janж, шьм-петьр, imo et шьнчюрь pro шьнт-Júr, et S. Mariae locos sacros vocant шмарк, ita ut τοῦ шьнт in шмарк n. nonnisi prima litera ш remanserit. Festa Mariae 15. Aug. et 8. Sept. quae Illyriis sunt Velika Gospoja et Mala Gospoja (i. q. Germanis Gross- et Klein-Frauentag) Carniolis vocantur Veliki et Mali шмарьн дан (magnus et parvus S. Mariae dies). Est in media Carniola templum celebre S. Mariae, monti alto ad Savi laevam ripam impositum, quod ipsi monti a Germanis vocato Kahlenberg, slavicum nomen шмарна гора (S. Mariae mons) procuravit. Adde in hujus ipsius шмарне горе vicinia habuisse praedia auctorem nostrorum monumentorum Abrahamum episcopum! — l. 33. Uzpitnih rotah. Uni Dobrovio debemus prolatam e breviarii glagolitici codice vocem ispiti ad ps. 118, 161, et ps. 119, 7, pro lat. gratis, gr. δωρεὰν, et vulgatae Russorum тоуне (Ostromiro et antiquis тоуни). Sed de etymologia vocis, et radice, utrum sit пит an пыт, ipse haerebat, propendens tamen ad пыт. Nos unum hoc addemus, breviaria impressa, quae inspeximus, nominatim ed. Venet. Torresani 1561, 8. habere іспити non испити, ut adeo nil mutari oporteat in nostro monumento. Quamquam, cum et P. Stulli citet e br. glag. ispiti, etiam in editis hoc invenerit necesse est. — l. 34. de uznicistue monuimus ad I, 16. — l. 36. Item de usmastue ad I, 14. — l. 44. Nil agat, si quis forte ex hac S. Laurentii mentione speret expiscari locum natalem hujus Confessionis; adeo infinitus est numerus ecclesiarum huic celebratissimo S. archidiacono dedicatarum: — l. 50. Nota poustediui, servato hoc uno loco i finali pers. 2. verbi poustediti; servato et шт pro шч aut щ. — l. 57. Nota supinum схдитъ.

Clausulae loco notasse licebit, facturum omnino operae pretium, qui haec monumenta verterit in dialectum Carantanicam hodiernam, (sensu latissimo, aut vel in diversas hodiernae Austriae interioris ὑποδιαλέκτους); sed recte hoc nonnisi is faciet, qui per totam vitam in medio horum Slavorum fuerit versatus et adhuc versetur, non is, qui, ut nos, a decimo inde aetatis anno germanice didicit, et abhinc triginta fere annos remotus a Pauli diaconi „patria Slavorum" vivit inter Germanos ad Danubium (sic enim Viennam vocant Slavi Carantani); loco quidem cetera minime ingrato, imo et universae rei slavicae specula aptissima, at peculiaribus Carantanorum rebus rite scrutandis alieniore.

Verum prius etiam rogandi erunt qui bibliothecas praesertim germanicas tractant, ut duce hac nostra qualicumque interpretatione exquirere velint sive latinum sive germanicum archetypon, ex quo haec nostra monumenta, omnium sui generis antiquissima fluxerint. Quo invento facile et nostra interpretatio emendabitur, et quae dubia aut controversa nobis amicisque fuere, liquido patescent. Adde quod mirere, homiliae Ecce bi vix non gemellam exstare in Russorum libro ecclesiastico Prologorum ad d. XXV. April. festum S. Marco. Sunt autem Russorum Prologi, breves vitae SS. addita singulis itidem brevi homilia (поучені́е) e Patribus graecis Basilio, Chrysostomo etc. ut vult Alexievii Lex. ecclesiasticum. Sed similem librum non solum frustra quaeras inter graecos universim, sed quod magis etiam mireris, ipsam hanc Ecce bi gemellam disertim negat Vostokov graecam indolem et rationem prae se ferre (слогъ и манеръ кажутся не греческіе). Quid si missus c. 960 Olgae ducissae Adalbertus Treverensis, dein Magdeburgensis Archiepiscopus, Abrahami nostri aequalis, descriptam ex hujus ἐγκολπίῳ tulerit in Russiam, ibique relictam aut perditam a repulso, posthac invenerit Macarius metropolita? Quamquam Macarius occidentalium doctrinae admirator potuit alia etiam via ipse nancisci e Germania. Adde denique, eam in Prologi indice tribui nescio cui S. Macario! Sed en ipsam homiliam:

E RUSSORUM PROLOGO, HOMILIA AD D. XXV. APRILIS, FESTUM S. MARCI EVANGELISTAE.

Въ тойже день (Апр. 25) поученіе на память Святаго Апостола Марка.

Братіе, присно жадая нашего спасенія Господь Богъ нашъ, непрестанно призываетъ ны святымъ Евангеліемъ въ вѣчную жизнь; веля ны присно, всяку скверну и житіе нечисто отврещи отъ себе, и чистымъ сердцемъ къ Нему приступити, и взискати, и пріяти оно Царство, изъ негоже испадохомъ, преступльше заповѣдь яже бѣ прежде дана Адаму, прадѣду нашему, въ раи древле, воздержанія дѣля. Аще бо бы ю схранилъ, въ вѣкы жилъ бы безъ печали и безъ смерти, старости не пріемлющи, ни слезна тѣла имущи. Но завистію Діаволею отлучися славы Божія, невоздержанія ради. Оттолѣ нападоша на родъ человѣческій печали и страсти и смерть премѣняющи животъ человѣчь. И того мѣста желающе святіи мученици и праведници, крѣпко препоясаша чресла своя, и бранъ пріимше на противнаго, и побѣдивше его, пакы внидоша въ первую породу. И нынѣ входятъ, дѣлы добрыми украшьшеся, власть и богатьство въ смерти мѣсто повергше еже скоро мимоходитъ изменуя времена и лѣта. Тѣмже не льстимся, братіе, ни яко безсмертни мнящеся, предамыся похотемъ житія сего. Иже бо житію сему вдасться грѣховному, то врагъ Божій бываетъ и пагубникъ души своей. Но вспрянѣмъ поне отнынѣ, да не лишимся самохотіемъ славы Божія и радости вѣчныя; Но встягнѣмся отъ прелести міра сего, якоже обѣщахомся Богови, пораждаеми святымъ крещеніемъ, предъ многими послухи сице глаголюще: отрицаюся Сотоны и всѣхъ дѣлъ его. Сеже суть дѣла Сотонина: идолослуженіе, братоненавидѣніе, клевета, гнѣводержаніе, зависть, ярость, ненависть, разбой, татьба, пьяньство, обьяденіе, обида, пѣсни бѣсовскыя, плясаніе, хуленіе, срамословіе, волшвеніе, дѣтогубленіе, гордость, лжа, клятвѣ преступленіе, и еже клятися именемъ Божіимъ. Аще бо сихъ дѣлъ останемся ти *) взищемъ всякоя добродѣтели, якоже пишется, уклонися отъ зла, и створи добро: да аще отселѣ останемся злыхъ дѣлъ, то удобь паки внидемъ въ туже породу. Что бо есть мерзьчѣе тацѣхъ дѣлъ? Тѣми бо гнѣвъ Божій приходитъ на ны. Но да свершимъ обѣтованія наша яже къ Господу Богу нашему, любяще Его всѣмъ сердцемъ и всею мыслію своею, и ближняго своего аки и самъ ся; братолюбіемъ свѣтящеся, страннолюбіемъ цвѣтуще: да внидемъ радующеся въ вѣчную радость, и въ безсмертный животъ и въ неизреченную красоту, еяже желая, блаженный Апостолъ Хрістовъ Марко подвигнуся житія сего сласти попрати, богатьство свое раздая нищимъ, и подвигнуся въ вѣчная жилища, Хрістова гласа радостію послушавъ, яко же рече, взывая ны къ себѣ: неубойтеся отъ убивающихъ тѣло, души же не могущихъ что лиха створити; но паче же убойтеся имущаго власть по убіеніи воврещи въ Геенну. Тѣмже, братіе, кая польза есть, аще весь міръ пріобрящемъ, а душу свою погубимъ, ли отщетимъ? Чимъ искупимъ душу свою отъ муки, аще здѣ не останемся зла, не покаемся и нищимъ не дамы? Но потщимся отселѣ внити тѣсными враты въ вѣчную жизнь, сирѣчь воздержаніемъ, пощеніемъ, не токмо отъ брашна и отъ питія воздержащеся, но отъ всякого грѣха бѣгай, губящаго душу твою, и томи плоть свою Хріста ради, якоже пострада Апостолъ Святый Марко всякы мукы и поносную смерть Хріста ради Сына Божія. Тѣмже сіяетъ нынѣ въ славѣ Божіи паче солнечнаго сіянія, и въ память его дивная чудеса и исцѣленія створяетъ Господь Богъ нашъ. Иже бо вѣрою чтетъ память святаго Апостола Марка, то и отъ грѣхъ избавляется и всякоя напасти избудетъ. Тому убо, братіе, поревнуимъ, и таже добрая дѣла створимъ. И той бо человѣкъ же бѣ, якоже и мы, но всяку злобу возненавидѣ, а Божію волю створи; юже и мы потщимся створити, да будемъ Сынове свѣта и причастници Царствія Его о Хрістѣ Іисусѣ. — *) Sic Vostokovius; vulgatus contra Prologus: то.

INTERPRETATIO.

Fratres, semper cupiens nostrae salutis Dominus Deus noster indesinenter invitat nos per sanctum Evangelium ad aeternam vitam; jubens nos semper omnem maculam et vitam immundam abjicere a nobis, et puro corde ad Illum accedere, et quaerere et accipere illud regnum, ex quo excidimus, transgressi mandatum, quod fuerat antehac datum Adamo, atavo nostro, in paradiso olim, continentiae causâ. Si enim illud servasset, in aeternum vixisset, sine cura et sine morte, senectutem non capiens, nec lacrimosum corpus habens. Sed invidiâ Diaboli separatus est a gloria divina incontinentiae gratiâ. Ex eo tempore incubuere in genus humanum curae et passiones et mors, excipientes vitam hominis. Et hujus loci cupidi sancti Martyres et Justi, fortiter accin-

xerunt femora sua, et bello suscepto in Adversarium, et superato eo, rursus intrarunt in primam naturam. Et nunc incedunt, operibus bonis ornati, potentiâ et divitiis, quae cito praetereunt mutantes tempora et annos, in mortis locum abjectis (i. e. morte commutatis). Quare nolimus decipi, fratres, nec quasi immortales nos rati cupiditatibus hujus vitae nos dedamus. Qui enim huic vitae se dedit peccatrici, tunc inimicus Dei fit, et interfector animae suae. Sed evigilemus saltem a nunc, ne privemur per contumaciam gloria divina, et gaudio sempiterno; sed abstineamus a fallacia mundi hujus, sicut promisimus Deo, renati per baptismum, coram multis testibus sic loquentes: Abrenuncio Satanae et omnibus operibus ejus. Haec autem sunt opera Satanae: idolorum-servitus, fratris-odium, obtrectatio, irae-retentio, invidia, iracundia, odium, latrocinium, furtum, ebrietas, comessatio, injuria, cantiones daemoniacae, saltatio, blasphemia, obsceni-sermones, magia, infanticidium, superbia, mendacium, jurisjurandi transgressio, et jurare per nomen Dei. Quodsi enim abstineamus ab his operibus, jam quaerimus omnigenam virtutem, prout scriptum est: Declina a malo et fac bonum: ita, si ex nunc abstinuerimus ab operibus malis, tunc facile iterum intrabimus in eandem naturam. Quid enim est abominabilius his operibus? Per haec enim ira Dei adventat super nos. Sed solvamus promissa nostra erga Dominum Deum nostrum, diligentes Eum ex toto corde et tota mente nostra, et proximum sicut nos ipsos; fratrum-amore splendentes, hospitum-amore florentes; ut intremus gaudentes in sempiternum gaudium et in immortalem vitam et in inenarrabilem pulchritudinem, quam cupiens beatus apostolus Christi Marcus suscepit vitae hujus voluptates conculcare, divitias suas distribuens pauperibus, et sublatus est in aeterna tabernacula; Christi voce laete exaudita, sicut dixit vocans nos ad se: Nolite timere eos-qui-occidunt corpus, animae autem non possunt quid mali facere, sed potius timete habentem potestatem post occisionem conjiciendi in gehennam. Quare, fratres, quid prodest, si universum mundum lucremur, animam vero nostram perdamus, aut laedamus? Quo redimemus animam nostram ab Inferno, nisi hic abstinuerimus a malo, poenitentiam agamus, et pauperibus largiamur. Sed satagamus ex nunc intrare per angustam portam in vitam aeternam, nimirum continentia, jejunio, non solum a cibo et potu nos continentes, sed et ab omni peccato fuge, perdente animam tuam, et castiga carnem tuam, Christi gratiâ, sicut perpessus est Apostolus Dei sanctus Marcus omnigena martyria et ignominiosam mortem Christi causâ, filii Dei. Per hoc ille nunc fulget in gloria Dei super solis fulgorem, et in memoriam illius gloriosa miracula operatur Dominus Deus noster. Qui enim fide colit memoriam sancti Apostoli Marci, tunc et a peccatis liberatur et omni tentatione solvetur. Huic ergo, fratres, aemulemur et eadem bona opera faciamus. Et ille enim homo ipse erat, sicut et nos, sed omnem malitiam odit et Dei voluntatem fecit; quam et nos satagamus facere, ut simus filii lucis, et participes regni Ejus per Christum Jesum.

Nota. Habes hic, lector slavophile, homiliam dialecto quidem ecclesiastica conscriptam, sed a doctissimo Vostokovio non ex edito Prologo seculi superioris repetitam, sed collatam ad quattuor codices sec. XV—XVI, editamque, ut vides, typo Russorum civili, ut ajunt, non ecclesiastico; itemque orthographiâ russicae proximâ, rejectis non solum accentibus omnibus, sed et grammaticis literarum є et Є, itemque о et ѡ subtilitatibus, at servato τοῦ ь usu in tertia singularis verborum personâ, et casu instrumentali nominum etc. Ut adeo, si quis vel in hoc nostro tractatu contulerit, quae damus, exempla linguae slavicae ecclesiasticae singula, jure miretur ejusdem linguae, quae pro sacra et emortua habeatur, scriptionis varietatem et inconstantiam. Nam primum omnium habes Ostromiri evangelia A. 1057, exarata orthographia et simplicissimâ et accuratissimâ. Succedit tum Glagolitarum et Serborum τοῦ ь abusus pro ь et ъ, et constans elementorum ѧ et ѫ in є et оу conversio. Hanc quoad ѫ itidem adoptavere Russi, at ѧ cum ꙗ fere confudere; quibus et reliquae debentur subtilitates τȣ̃ є et Є, о et ѡ, aliaeque, quas habes p. 40. e Bibliorum correctione A. 1755. Harum nonnullas rejecere editores Bibliorum A. 1816; denique vix non omnes haec Vostokovii homiliae editio. — Atque de accentibus quidem omissis vix dolebit philologus, qui sciat eos russicam potius prosodiam repraesentare quam slavicam veterem: at dolebit zelator unitatis ecclesiae slavicae, necessario periturae, voces accentibus destitutas dissitarum regionum Slavis pro suae cujusque dialecti popularis ingenio elaturis, Serbo ex. gr. recitaturo: во и́мѧ ѻ҃ца etc. Russo contra: во и́мѧ ѻ҃ца̀ etc. Praeterea, si cum Ostromiriana vetustissima comparetur haec novissima Russica scriptio linguae veteris, quanto haec illi inferior! quippe 1) carens ѫ elemento; 2) abutens ѧ etiam pro ꙗ; 3) carens plane ѥ signo, ut taceamus τοῦ у abusum pro оу et alia minora. Atque de his hactenus.

Homiliae russoslavicae παραλληλισμόν excipiat alius Confessionis bohemicae vetustissimae, repertae a summo Dobrovio in Novi. Test. lat. codice Nr. 20 bibliothecae R^mi Praelati Canonicorum S. Augustini Veteris Brunnae in Moravia, ab eoque morituro descriptae, nobisque missae. Audi sis bohemicum sacerdotem, loquentem ad populum suae curae commissum:

PUBLICA CONFESSIO, BOHEMICA, SECULI XIII—XIV.

Naboznye a pokornye pokleknucz na swu kolenu dayte se wynny panu Hospodynu wewssyech hrzyessyech rzkucz pomnye naboznye a pokornye, a rzka kazdy sam od sebe. Ia hrziessny czlowyek zpowyedam se k bohu otczy, k synu, y k swatemu duchu, wssye gednomu Hospodynu, y k swate kralownye matczye bozye me welyke nadyegy, y ke wssyem swatym, y tobye knyezye, mych wssyech hrzyechow, czoz gsem shrzyessyl, z me mladosty, z me nemudrosti, z me smyelosti, az do dnessnyeho dne, toho my gyest wyernye zyel sprawu wyeru. Shrzyessyl sem a dawam sye winen panu hospodynu, we wssyech hrzyessyech mych, a zwlasstye w desateru bozyem przykazany a naywyeczye we dwem, ze syem nemylowal pana boha ze wssyeho srdczye sweho, ze wssye dussye swe, ze wssye syly swe, ze wssye mysly swe nemylowal nade wssyeczko stworzenye, a sweho blyznyeho iako sam sebe, gest my toho zyel wyernye a sprawu wyeru. Shrzyessyl syem w dewyety czyzych hrzyessyech, posuzuge zywych y mrtwych, swyetskych y duchownych, mnohokrat lepssych nez syem sam. Shrzyessyl syem w syedmy smrtedlnych hrzyessyech w pyssye, w zawysty, w nenawysty, w lakomstwy, w lakotye, w smylstwy, w lenosti, w teskonsty (*sic*), zyelem toho sprawu wyeru. Shrzyessyl sem wssyesteru mylosrdenstwy czyerkwye swate, toho' mylosrdenstwye nykdy syem nemyel k swemu blyznyemu, kopoczestnemu, knahemu, k zyeznywemu, k lacznemu, k nemocznemu, y krtwemu (*sic*), gest my toho welmy zel sprawu wyeru. Shrzyessyl sem w pyety smyslyech ziwota meho hrzyessneho, wydyenym, slyssyenym, promluwenym, doczyenym, pokussyenym, zlym pozadanym, gest my toho welmy zyel y sprawu wyeru. Shrzyessyl syem wuosmeru blahoslawenstwy y wsedmerzye swatosty czyerkwe swate, gest my toho wyernye zyel sprawu wyeru. Shrzyessyl syem w opussteny mnoho dobreho a dopussteny mnoho zleho, yakz sem kolywyk shrzyessyl, tak sye dawam wynen tobye wssemohuczy pane hospodyne a prosym twe swate mylosty by my raczyl mylostyw byti, by my raczyl me hrzyechy odpustyty, tebe na pomocz prosym ma naywyetczye nadyegye, dostoina pano marya by raczyla orudownicze byty se wssyemy swatymi za mye hrzyessneho, tebe knyezye prosym by mye rozhrzyessyl bozy moczy y twu moczy gessto mass od hospodyna, mych wssyech hrzyechow wyedomych y newyedomych, smrtedlnych y uhlawnych. *Naklonte swa nabozna srdce panu hospodynu a mnye swe hlawy, popros geden za druheho, tudyez take za mye hrzyessneho, a ya wyernye za wy.* Misereatur etc. Absolutionem etc. *Prosyl sem za wy pana hospodyna, by wam wssem raczyl hrzyechi odpustity, milost swu daty, zdrawye prodlyty, naposledy po skonany zywota wasseho nebesne kralowstwye daty, a wy wssyczkny rzyeknyete* Amen, tak day pan buoh.

INTERPRETATIO.

Devote ac humiliter procumbentes in genua vestra date vos reos Domino Deo in omnibus peccatis, dicentes secundum me devote ac humiliter: Ego peccator homo confiteor Deo Patri, Filio, et S. Spiritui, omnino uni Deo, et S. reginae, matri Dei meae magnae spei, et omnibus Sanctis, et tibi, Sacerdos! de meis omnibus peccatis, quantum peccavi a mea juventute, e mea insipientia, e mea audacia, usque ad hodiernum diem. De hoc me fideliter poenitet cum recta fide. Peccavi et do me reum Domino Deo in omnibus peccatis meis, et praesertim in decem Dei praeceptis, et maxime in duobus, quod non dilexi Dominum Deum ex omni corde meo, ex omni anima mea, ex omni fortitudine mea, ex omni cogitatione mea non dilexi super omnem creaturam, et meum proximum sicut me ipsum. Poenitet me hujus fideliter et cum recta fide. Peccavi in novem alienis peccatis, (sinistre) judicans de vivis et mortuis multoties melioribus quam sum ipse. Peccavi in septem mortalibus peccatis in superbia, in invidia, in odio, in avaritia, in gula, in luxuria, in acedia, in iracundia; doleo de hoc cum recta fide. Peccavi in sex misericordiis ecclesiae sanctae, hanc misericordiam nunquam habui ad meum proximum, ad peregrinum, ad nudum, ad sitientem, ad esurientem, ad aegrotum, ad mortuum; poenitet me hujus valde cum recta fide. Peccavi in quinque sensibus corporis mei peccaminosi, visu, auditu, proloquendo, persentiendo, gustando, mala cupiditate; poenitet me hujus valde et cum recta fide. Peccavi in octo beatitudinibus et in septem sacramentis ecclesiae sanctae, poenitet me hujus fideliter et cum recta fide. Peccavi in omissione multi boni, et in permissione multi mali. Quocumque modo peccavi, sic me do reum tibi omnipotens Domine Deus, et precor tuam sanctam misericordiam, ut mihi digneris misericors esse, digneris mihi peccata mea remittere. Te in auxilium voco, mea maxima spes, digna virgo Maria, ut digneris advocata esse cum omnibus Sanctis pro me peccatore. Te, Sacerdos, precor, ut me absolvas divina potestate et tua potestate, quam habes a Deo, a meis omnibus peccatis notis et ignotis, mortalibus et capitalibus. *Inclinate vestra devota corda Domino Deo, et mihi capita vestra, oret unus pro altero, simul item pro me peccatore et ego fideliter pro vobis.* Misereatur etc. Absolutionem etc. *Oravi pro vobis Dominum Deum, ut vobis omnibus dignetur peccata remittere, gratiam suam tribuere, valetudinem prolongare, tandem post terminationem vitae vestrae coeleste regnum dare. Et vos omnes dicite:* Amen, sic det Dominus Deus.

XXXII. SPECIMINA SLAVISMI CISDANUBIANI, AB ANNO INDE 1057 — 1835.

Praemonita. Quamquam Cisdanubianus Slavismus vetustissima sit pars universi Slavismi quoad linguae monumenta quae quidem ad nos pervenerint, nonnisi pars tamen est; cui si fratres nostri Transdanubiani junxerint suas: ruthenicam, russicam, polonicam, sorabicam utramque et bohemicam cum slovacica, tunc demum nos uni omnium gentium amplissima habebimus dodecapla. Ipsiusque hujus nostrae cisdanubianae partis, quamquam sat multa, imo fortasse nimis multa hic exhibuerimus specimina, scito tamen, lector benevole, nos ne omnia quidem dedisse, quae voluissemus, sed ea tantum quae utpote in nostra potestate sita potuimus seligere sive e privata nostra bibliothecula, sive ex ipsa Caesarea aliisve hujus Urbis bibliothecis. Ad illyrica ex. gr. specimina aegre caruimus P. Bernardini de Spalato editione Evangeliorum Veneta principe A. 1495, 4. ὑπ' ἀνάγκης contenti secunda, ut putamus, editione A. 1586, 4. Caruimus aeque notis aliunde Evangeliorum editionibus sequentibus (nam Illyri ad haec usque novissima P. Petri Katancsichii Ord. S. Francisci tempora 1831, non solum integrorum Bibliorum sed vel Novi Testamenti versione caruerant; et Zagrabienses Croatae etiam nunc carent, unis Evangeliorum et Epistolarum lectionibus de Tempore et Festis contenti, quas A. demum 1651 verterunt, imitati tandem, ut fert praefatio, Hungarorum, Germanorum, Carniolanorum et Bohemorum exemplum). Caruimus inquam, 1) Evangeliis editis a Bened. Zboravчih, Venet. 1543. 2) Joann. Bandulavih, Venet. 1613, 1665, 1682, 1699, 1718. 3) Barth. Kашih, Romae 1641. 4) Nic. et Ant. Kerih, Budae 1740. 5) Em. Pavih, Budae 1764. 6) Petr. Knezevih, Venet. 1773 et Ragusae 1784. 7) P. Marian. Lanошovih, Budae 1794, et fortasse aliis nobis ignotis. Classis contra Slovenicae seu Carantanicae sat multa quidem dedimus, minime tamen omnia, quae praesto erant, sed ea tantum quae aut rariora essent, aut majoris momenti.

Videbis, Slavismum cisdanubianum omnem dividi in tres maxime quattuorve dialectos: I) emortuam pannonicam S. Methodii dioecesanorum. Atque utinam hujus aequalius adhuc (sec. IX) specimen potuissemus adferre, quam est Ostromirianum A. 1057, quod quidem veremur ne cupidius quam verius pro tertio Methodianae versionis apographo habuerit qui primus invenit et descripsit Alex. Vostokovius. Interea vel ex eo sat clara elucet genuinae veteris dialecti methodianae imago; quae jam plus minusve illyrizat in speciminibus I, 2, 3. et russizat in I, 4. Vidésque Ostromirum (I. 1.) carere accentibus cum Glagolita (I. 2.): at Serbum (I. 3.) iis opprimi potius, quam regi ut Russum (I. 4.). — II) Sequitur specimen Bulgarorum linguae hodiernae. Ex quo utinam ipse Dobrovius vivus potuisset videre et intelligere, quantopere fallantur animi, qui e Bulgaria lucem salutemve exspectant linguae methodianae. Est enim lingua bulgarica hodierna, (Шafarikio judice antiquior S. Methodio et) simillima quoad originis causas linguis romanensibus, quippe lexico utens slavicae, at grammatica et syntaxi albanicae sive valachicae malis linguae; id quod alio loco ostendimus. III) habes vulgo dictam illyricam dialectum, rectius chrovatoserbicam, nunc (ab inde sec. VII si quidem Constantino Porphyrogenito credas) intermediam inter bulgaricam et carantanicam, ex hisque ambabus subnatam per novas e Sarmatia Serborum et Chrovatorum colonias. Utuntur ea nunc ad quinque milliones Slavorum fortissimorum, sed in tres aemulas religiones et plures etiam dominos divisorum. IV) denique slovenicam, propriam binorum fere millionum, qni de Pannoniae seu Carantani Slavis, olim longe amplioribus, undique accisi remansere inter Hungaros et Germanos dominos. Nostra quidem sententiâ per totam hanc introductionem, nisi fallimur, satis comprobatâ sunt illi postliminio resurgentes e millenario somno et lingua et patria proximi Methodianorum Slavorum nepotes.

Videsque non Slovenos tantum, sed magnam partem ipsos etiam Illyrios uti litteris latinis, sed ad sonos Slavis proprios combinatis diversissimo arbitrio (Illyriis dalmatis Italos secutis, aliis Hungaros, aliis denique Germanos quos et Carantani utpote proximos plerumque duces habuere), adeo ut qui hospes spectatum admittatur, vix possit non ridere babylonicam hanc nostram confusionem. Ut enim de geminatione litterarum et accentuum impositione variis variâ, aliorumque sive ineptis subtilitatibus sive superba negligentia taceamus, en hujus labyrinthi ichnographiae specimen alio fortasse loco dandae a nobis plenius. Hic jam jure mirere, Bulgaris et Illyriis nec cyrillianum alphabetum sufficere, utpote quod ad illius exemplum ipsi auxerint non teutonica combinatione, sed signis simplicibus. Tantum bona exempla valent!

SPECIMEN ALPHABETARII SLAVORUM COMPARATI.

Potestas sive Sonus elementi	Figura, seu quodcunque demum soni signum, sive simplex sive compositum.																		
	Cod. ostrom.	Russi		Serbi		Bulg.	Illyrii						Sloveni seu Carantani.						
		eccles.	civil.	Vulg.	Vuk.		Venet.		Hung.		Neutr.		Hung.			Germanizantis			
							III,4	III,5	III,6	III,8	III,7	III,3	IV,1	IV,2	IV,3	IV, 4	IV, 5	IV, 6	IV 7-11
j *gallici*	ж	ж	ж	ж	ж	ж	x	x	x	s	x	x	s	s	'z	x	sh	sh	sh
z *gallici*	з	з	з	з	з	з	z	z	z	z	z	z	z	z	z	z	s	s	s
k	к	к	к	к	к	к	ch	k	k	k	k	k	k	k	k	k	k	k	k
ch *germ.*, j *hisp.*	х	х	х	х	—	х	h	h	—	—	h?	h?	h	h	h	h	h	h	h
comp. шч *aut* шт	щ	щ	щ	щ	шт	шт	sct	sct	sct	sst	sht	st	sst	sst	scs	шч	shzh	ſhzh	ſhzh
tz, z *germ.*	ц	ц	ц	ц	ц	ц	ç	c	c	cz	c	c	cz	cz	cz	c	z	c	z
ce *ital.*	ч	ч	ч	ч	ч	ч	c	ç	cs	cs	cs	ç	cs	ch	cs	ч	zh	zh	zh
sch *germ.*, sce *ital.*	ш	ш	ш	ш	ш	ш	sc	sc	sh	ss	sh	s	ss	ss	s	ш	sh	ſh	ſh
o *longum* (*aut nasale?*).	ѫ	—	—	—	—	dial. Ā	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	o	o	o
j *latin.*	ѣ, ѥ, ю	ѣ є ю	я, е, ю	ѣ є ю	j	ѣ є ю	y	y	j	j	j	j	j	j	j	j	i, ij	ij	j
h *germ.*	—	г	г	х	х	(?)	h?	h?	—	—	h?	h?	—	—	—	—	—	—	—
gli *ital.*	ль?	ль	лъ	ль	љ	(?)	gl	gl	lj	ly	lj	lj	ly	ly	ly	—	l, li	li, l::	lj
gn *ital.*	нь?	нь	нъ	нь	њ	(?)	gn	gn	nj	ny	nj	nj	ny	ny	ny	ŋ : њ	n, ni	ni, n::, n	nj
dj *colliquescentium*	дь?	дь	дъ	ћ	ђ	(?)	y?	y?	gj	gy	dj	dj	gy	gy	gy	—	—	—	—
tj *colliquescentium*	ть?	ть	тъ	ћ	ћ	(?)	ch	ch	ch	ch	ch	ch	—	—	ty	—	—	ch?	tj
g *it.*, j *angl.*	—		дж	ж	џ	(?)	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—

EVANGELIUM DE DUOBUS EUNTIBUS IN EMMAUS. Lucae XXIV, 13—35.

I. Dialecto slovenica veteri, ecclesiastica.

1. E codice Ostromiri A. 1057.

Дъва отъ нихъ, бѣста идѫща въ тъжде дьнь, въ вьсь отъстоѩщѫѭ стадии шестьдесатъ отъ иероусалима, ѥиже имѧ емаоусъ. и та бесѣдоваста къ себѣ о вьсѣхъ приключьшиихъ сѧ сихъ. и бъість, бесѣдоуѭщема има и сътѧзаѭщемасѧ, самъ Іс҃ъ приближьсѧ, идѣаше съ нима. очиже ѥю дрьжастеса, да ѥго не познаѥта. рече же къ нима: чьто сѫть словеса си, о нихъже сътѧзаѥтаса къ себѣ идѫща, и ѥста дрѧхла? отьвѣщавъ же ѥдинъ, ѥмоуже имѧ клеопа, рече къ немоу: тыли ѥдинъ пришьльць ѥси въ иероусалимѣ, и не чоу бъівъшиихъ въ немь въ дьни сиѧ? и рече има: къіихъ? Онаже рѣста ѥмоу; ѩже о Іс҃ѣ назаранинѣ, иже бъість мѫжь пр҃ркъ, сильнъ, дѣлъмь и словъмь прѣдъ богъмь и вьсѣми людьми! како и прѣдаша архиереи и кънѧзи наши на осѫждениѥ съмрьти, и распаша и. мъі же надѣѩахомъсѧ ѩко сь ѥсть хотѧи избавити из҃лѧ. нъ и надъ вьсѣми сими третии се дьнь имать дьньсь, отъ нѥлиже си бъіша. и женъі етеръі отъ насъ оужасиша нъі, бъівъша рано оу грока, и не обрѣтъше тѣлесе ѥго, придоша глаголѭща, и ѩвлениѥ аньгела видѣша, иже гл҃ѭть жива. и идоша ѥдини отъ насъ къ гробоу, и обрѣтоша тако, ѩко и [же и] женъі рекоша, самого же не видѣша. и тъ рече къ нима: ѡ несъмъіслѣна, и мьдьльна сърдьцемь вѣровати о вьсѣхъ, ѩже гл҃аша пророци. не тако ли подобаше постра(да)ти хр҃оу и вънити въ славѫ своѭ. и начьнъ отъ моусеа и отъ вьсѣхъ пророкъ, съказааше има отъ вьсѣхъ кънигъ, ѩже бѣахѫ о немь. и приближашасѧ въ вьсь, въ нѭже идѣаста, и тъ творѣашесѧ далече ити. и нѫждааста и глаголѭща: облѣзи съ нама, ѩко при вечерѣ ѥсть, и прѣклонилъсѧ ѥсть дьнь. и вънидѣ съ нима облещь. и бъість, ѩко възлеже съ нима, и приимъ хлѣбъ, бл҃гслви и прѣломль даѩше има. онѣма же отъвьрзостасѧ очи, и познаста и, и тъ ищезе отъ нѥю. и рѣста къ себѣ: не сьрдьце ли наю горѧ бѣ въ наю, ѥгда гл҃ааше къ нама на пѫти, и ѩко съказааше нама писаниѩ. и въставъша въ тъ часъ, възвратистаса въ иероусалимъ, и обрѣтоста съвъкоупльшаса ѥдиного на десате, и иже бѣахѫ съ ними, гл҃ѭща: въ истинѫ въста хр҃ъ: и ѩвисѧ симоноу. и та повѣдаста ѩже бъіша на пѫти, и ѩко сѧ позна има, въ прѣломлѥнии хлѣба.

(I). Dialecto slovenica veteri, ecclesiastica.

2. E codice glagolitico A. 1368. (Typi defectu damus cyrillice).

два оуч҃нка иє҇ва бѣста идоуща в дн҃ь вскресниѣ его в вась отстоещоу стадии ·м· о ерс҃лма именемь еммаоусь. и та гл҃хота меѭ собою о всѣх приключшихсе о ис҃ѣ. и бы҃, бесѣдоуюшима има меѭ собою, самь ис҃ь приближисе има, и идѣше шнима. очиже ею дръжастасе да его не познаста. и рч҃е има Ис҃ь: что соуть сл҃веса сиѣ имиже стезаетасе меѭ собою и еста дресела? и отвещавь единь, емоуже име клеопа, рч҃е емоу: тили единь пришлць еси вь ерс҃лмѣ и не чоуль еси бивших внемь всие дн҃и. онже рч҃е има, ких? Онаже рѣста. ѣже о ис҃ѣ назаранинѣ, иже бы҃ моужь пр҃ркь, силань дѣломь и сл҃вомь прѣд бм҃ь и прѣд всѣми чк҃и. како и прѣдаше архиерѣи и кнези н҃ши на осоуjенїе семрти и пропеше и. миже надѣѣхомсе, ѣко та есть хоте избавити из҃ле. и н҃не над всѣми трети дн҃ь есть, о нелиже сиѣ бише. на и жени етерие оужасише ни бившее рано оу гроба и не обрѣтше тѣлесе его придоу гл҃юще. и видѣние ан҃ль видѣвше иже и гл҃ють жива. идошеже етери о н҃сь кь гробоу, и обрѣтоу ѣкоже жени рѣше. самогоже не видѣше. и та рч҃е книма; о несмислна и лѣна ср҃дмь вѣровати о всѣх ѣже гл҃ше пр҃рци. не тако ли подобаше пострадати хр҃оу и тко внити вслвоу свою. и начань о моисѣѣ и о всѣх пр҃рк и сказоваше има о всѣх книгь ѣже бѣхоу о немь. и приближишесе кь веи внюже та идѣшета и та твораше се дале ити. и ноуjахота и гл҃юща емоу: облези снама ѣко при вечери ти есть, и прѣклонилсе есть юже дн҃ь. и вниде шнима. и бы҃ егда влеже шнима, приѥм хлѣбь бл҃ви и прѣломи и даѣше има. онѣмаже отврѣстасе очи и познаста и. и та ищезе о очию ею. и рѣста всекѣ. не ср҃це ли наю взгарашесе внаю егда гл҃ше нама на поути и сказоваше нама книги. И вта часъ вставше взвратиста се вь ерс҃лм. и обрѣтоста савкоуплшесе ·а҃і· и иже бѣхоу шними гл҃юще. ѣко вскрсе г҃ь вистиноу и ѣвисе симоуноу. и та повѣдашета ѣже бѣше на поути и како позната и в прѣломлени хл҃ба.

EVANGELIUM DE DUOBUS EUNTIBUS IN EMMAUS. Lucae XXIV, 13 — 35.

(I). Dialecto slovenica veteri, ecclesiastica.

3. E codice Serbiano A. 1372. membranaceo.

Двá ѿ нихь бѣстá идоуща вь тьжде дн҃ь, вь вьсь ѿстоѥщоу стадий, ѯ҃: ѿ ієрлм҃а, ѥйже име ѥммаоусь, и тá бесѣдовастá кь себѣ ѡ всѣхь сихь приключшихьсе. и бы҃ бесѣдоующема имá, и сьвьпрашающемасе, и самь і҃с, приближьсе идѣаше снимá. очи же ѥю дрьжастасе, да ѥго не познаѥтá. рече же книмá, что соуть словеса си, ѡ нихже стезаѥтасе кь себѣ идоуща, и ѥстá дрехла. ѿвѣщавже ѥдинь, ѥмоуже име клеопá, рече к нѥмоу: тыли ѥдинь пришьлць ѥси вь ієрлмь и не чю бывших вь нѥмь вь дн҃и сиѥ. и рече имá, кыих. ѡнаже рѣста ѥмоу, ꙗже о і҃сѣ назарꙗнинѣ, иже бы҃ моужь прр҃кь, сильнь дѣломь и словомь, прѣдь б҃мь и всѣми люми, како прѣдаше и архиереи и кнези наши на ѡсоужениѥ сьмрти, и распеше ѥго. мы же надѣꙗхомсе, ꙗко сь ѥ хотей избавити іс҃лꙗ. нь и над всѣми сими трети се дн҃ь имать дн҃ь ѿ нѥлиже си быше. нь и жены нѣкыи ѿ на҃ оужасищени, бывше рано оу гроба, и не обрѣтше тѣлесе ѥго, придоше гл҃юще. и ꙗвлениѥ агг҃ль видѣвше, иже гл҃ють и жива. и идоше нѣции ѿ на҃ кь гробоу, и обрѣтоше тако, ꙗкоже и жены рѣше, самого же не видѣше. и ть рече книмá: ѡ несмысльна и кьснаа ср҃цемь, ѥже вѣровати ѡ всѣхь ꙗже гл҃аше прр҃ци. не таколи подобаше пострадати х҃оу, и вьнити вь славоу свою. и начьнь ѿ моисеа и ѿ всѣхь прр҃кь, и сказаше имá ѿ всѣхь писаний ꙗже бѣхоу ѡнѥмь. и приближишесе вь вьсь вь нюже идѣастá, и ть творꙗшесе далече ити. и ноуждаста ѥго, гл҃юща, ѡблези снамá, ꙗко при вечерѣ ѥ, и прѣклонилсе ѥ оуже дн҃ь. и вьниде снимá ѡблещи. и бы҃ ꙗко вьзлеже снимá, приѥмь хлѣбь бл҃ви, и прѣломивь даꙗше имá. ѡнѣмаже ѿврьзостасе очи и познаста и. и ть невидимь бы҃ имá. и рекоста кь себѣ, не ср҃дце ли наю горе бѣ вь наю ѥгда гл҃аше намá на поути, и ꙗко сказаше намá писаниꙗ. и вьставша вь ть ча҃ вьзвратистасе вь ієрлмь, и обрѣтоста сьвькоупльшеѥсе ѥдиного на десете, и иже бѣхоу снимй, гл҃юще, ꙗко вь истиноу вьста г҃ь, и ꙗвисе симоноу. и тá повѣдастá ꙗже на поути, и ꙗко познасе имá вь прѣломлениѥ хлѣба.

(I). Dialecto slovenica veteri, ecclesiastica.

4. Textus vulgatus Russorum ex editione Petrop. 1816. 8.

Два ѿ нихъ бѣста идꙋща в тойже день в весь ѿстоꙗщꙋ стадій шестьдесꙗтъ ѿ Ієрꙋсалима, ейже имꙗ Еммаꙋсъ. И та бесѣдоваста к себѣ ѡ всѣхъ сихъ приключшихсꙗ. И бысть бесѣдꙋющема има и совопрошающема сꙗ, и самъ Іисъ приближисꙗ, идꙗше с нима: Очи же ею держастѣсꙗ, да егѡ не познаета. Рече же к нима что сꙋть словеса сіꙗ, ѡ нихже стꙗзаетасꙗ к себѣ идꙋще и еста дрꙗхла; Ѿвѣщавъже единъ, емꙋже имꙗ Клеопа, рече к немꙋ: ты ли единъ пришлецъ еси в Ієрꙋсалимѣ, и не оувѣдѣлъ еси бывшихъ в немъ во дни сіꙗ; И рече имъ: кіихъ; Она же рѣста емꙋ ꙗже ѡ Іисѣ назарꙗнинѣ, иже бысть мꙋжъ пророкъ. силенъ дѣломъ и словомъ пред Бгомъ и всѣми людми Какѡ предаша его архіереи и кнꙗзи наши на ѡсꙋжденіе смерти, и распꙗша его: мы же надѣꙗхомсꙗ. ꙗкѡ сей есть хотꙗ избавити Ісраилꙗ; но и над всѣми сими третій сей день есть днесь, ѿнелиже сіꙗ быша. но и жены нѣкіꙗ ѿ насъ оужасиша ны, бывшіꙗ рано ꙋ гроба: и не обрѣтше тѣлесе егѡ пріидоша, глаголюще, ꙗкѡ и ꙗвленіе агглъ видѣша, иже глаголютъ его жива. И идоша нѣцыи ѿ насъ ко гробꙋ, и обрѣтоша такѡ, ꙗкоже и жены рѣша: самогѡже не видѣша. И той рече к нима: ѡ несмысленнаꙗ и коснаꙗ сердцемъ еже вѣровати ѡ всѣхъ, ꙗже глаголаша пророцы не сіꙗ ли подобаше пострадати Хрістꙋ, и внити в славꙋ свою; И наченъ ѿ Мѡѵсеа и ѿ всѣхъ пророкъ, сказаше има ѿ всѣхъ писаній ꙗже ѡ немъ. И приближишасꙗ в весь, в нюже идꙗста: и той творꙗшесꙗ далечайше ити. И нꙋждаста его, глаголюще: ѡблези съ нама, ꙗкѡ к вечерꙋ естъ, и приклонилсꙗ есть день. И вниде с нима ѡблещи. и бысть ꙗкѡ возлеже с нима, и пріимъ хлѣбъ благослови, и преломивъ даꙗше има. Онѣма же ѿверзостѣсꙗ очи, и познаста его: и той невидимъ бысть има. И рекоста к себѣ: не сердце ли наше горꙗ бѣ в насъ, егда глаголаше нама на пꙋти, и егда сказоваше нама писаніꙗ; И воставша в той часъ, возвратистасꙗ во Ієрꙋсалимъ, и обрѣтоста совокꙋпленныхъ единонадесꙗте и иже бꙗхꙋ с ними, Глаголющихъ ꙗкѡ во истиннꙋ воста Гдь, и ꙗвисꙗ Сімѡнꙋ. и та повѣдаста, ꙗже быша на пꙋти, и ꙗкѡ познасꙗ има в преломленіи хлѣба.

EVANGELIUM DE DUOBUS EUNTIBUS IN EMMAUS. Lucae XXIV, 13—35.

II. Dialecto bulgarica hodierna.

(*e Nov. Test. ed. Bukurest* 1833, 4.)

Двá ѿ тáхъ бáха ѿивáха въ тóсъ дéнь въ сéло коéто ѿстоáваше шейсè стáдїй ѿ Iерꙋсалима коéто ймето Ѽммаꙋ́съ. и̏ тьѐ хортꙋ́ваха помеждꙋ̀ сѝ за сичките тéсъ кои́то сѧ слꙋ́чиха. и̏ было̀ като̀ хортꙋ́ваха тьѐ и̏ сѧ испы́тваха, и̏ самсѝ Iи҃съ сѧ приближѝ йдаше съ тáхъ. А̓ о̓чи́те тѣ́хны сѧ держáха, да го̀ не познáѧтъ. и̏ рéче и̏мъ: щѡ̀ са̄ тéсъ словесà, за кои́то сѧ попы́твахте помеждꙋ̀ сѝ като̀ варвéхте, и̏ стѐ печáлны; А като̀ ѿговéри єди́нъ, комꙋ́то ймето клеóпа, рéче мꙋ̀, ты̀ єди́нъ, ли сѝ пришéлецъ во Iерꙋсали́мъ, и̏ не знáешь стóраните въ нéго въ денéте тéсъ; и̏ рéче и̏мъ: какви; а̓ тьѐ мꙋ̀ рѣ́коха: кои́тѣ за Iи҃са назарáнина, кои́то бы́лъ ма̄жъ прорóкъ, си́ленъ въ нáправата и̏ съ слóвото прéдъ б҃га и прéдъ си́чките хóра: какъ го̀ предáдоха Архїерéйте и̏ кнáзыте нáши на ѡ̓сꙋждáнїе на смéрть, и̏ распанаха го̀. А нíи сѧ надáвахме, чѝ тóсъ є̀ кóйто щѐ да и̏збáви Iсраилѧ. но и̏ надъ си́чките тéсъ трéтїй тóсъ дéнь йма днéсь, ѿкогáто тéсъ бáха. но и̏ жени́ нáкои ѿ нáшитѣ оу̓плáшиха на̄, кои́тѣ бáха рáнѡ оу̓ грóба: и̏ като̀ не намѣ́риха тѣ́лото нéгѡво, додóха и̏ дꙋ́маха, и̏ ѧвлéнїе на А̓гг҃лыте видѣ́ле, кои́тѣ го̀ дꙋ́матъ (чѝ є̀ живъ). и̏ ѿи́доха нáкои ѿ нáсъ до грóба, и̏ намѣ́риха та̄й, както̀ и̏ жени́те рѣ́коха, а̓ самогѡ̀ не ви́дѣха. и̏ той и̏мъ рéче: ѽ несмы́сленїи и каснїи съ сардцéто, дéто да вáрвате за си́чките, кои́то дꙋ́маха прорóцыте. не тéсъ ли прили́чеше на х҃рта да пострадáе, и̏ да влѣ́зе въ слáвата своѧ́; и̏ като́ начѐ ѿ Мѡѷсéа, и̏ ѿ си́чките прорóцы кáзваше и̏мъ ѿ си́чките писáнїи, кои́то бáха за нéго. и̏ приближи́хасѧ до сéлото, въ коéто ѿи́ваха: а̓ той сѧ стрꙋ́ваше да ѿи́ва по далéчь. и̏ прикáнваха го̀, и̏ дꙋ́маха: ѡ̓стани̇̀ съ нáсъ, чѝ надъ вéчеръ є̀, и̏ приминалъ сѧ є̀ дена. и̏ влѣ́зе съ тáхъ да приноща́ва. и̏ было̀ като̀ сѣ́дна съ тáхъ, и̏ като̀ прїѐ хлѣ́бъ благослови̇̀, и̏ като̀ пречю́пи дáваше и̏мъ. и̏ ѿвóриха и̏мъ сѧ о̓чи́те, и̏ познáха го̀: и̏ тóй не ви́денъ бы́лъ тáмъ: и̏ рѣ́коха помеждꙋ̀ сѝ: не бѣ́ ли сардцéто нáше горѣ́ше въ нáсъ, когáто дꙋ́маше нáмъ по па̄тѧ, и̏ катѡ̀ (*sic*) кáзваше нáмъ писáнїйте; и̏ като́ стáнаха въ тóсъ чáсъ, возварнахасѧ во Iерꙋсали́мъ, и̏ намѣ́риха собрáны є̓динáйсите и̏ кои́те бáха съ тáхъ. кои́те дꙋ́маха, чѝ вои́стинна стáна Г҃дь, и̏ сѧ ѧ̓ви̇̀ на сíмѡна. и̏ тьѐ кáзваха, кои́то баха по па̄тѧ, и̏ ка̄къ сѧ позна̀ та̄мъ въ пречꙋ́пванїето (*sic*) на хлѣ́ба.

III. Dialecto illyrica, rectius Serbochrovatica, sive Chrovatoserbica.

1. *E Vukii Speciminibus Version. Serb. Lips.* 1824.

Двојица од њи идау у тој дан у село, које бијаше далеко од Јерусалима шесет потркалишта, и зваше се Ѽммаус. И они говорау међу собом о свима овим догађајима. И кад се они разговарау и запитавау један другога, и Исус приближисе и идаше с њима. но очи се њиове држау: да га не познаше. А он им рече: какав је то разговор, који имате међу собом идући, и што сте невесели? А један, по имену Клеопа, одговарајући рече му: зар си ти сам од црквара у Јерусалиму, који нијеси чуо, шта је у њему било овије дана? И рече им: шта? А они му рекоше; за Исуса Назарећанина, који бјеше пророк: силан у ђелу и у ријечи пред богом, и пред свим народом; како га предадоше поглавити свештеници и кнезови наши, те се осуди на смрт, и распеше га? А ми се надасмо, да је он онај, који ће избавити Израиља; но свр свега тога, ово је данас трећи дан, како то би. А и жене неке од нашије уплашише нас, које су биле рано на гробу, И не нашавши тела његова дођоше говорећи, да су им се јавили анђели, који су казали, да је он жив. И идоше једни од нашије на гроб, и нађоше тако, као што и жене казаше, али њега не виђеше.

И он рече им: О безумни и спорога срца за вјеровање свега, што говорише пророци! није ли то ваљало да Ристос претрпи, и да уђе у славу своју? И почевши од мојсија, и од свију пророка толковаше им у свему, што је о њему. и приближише се к селу, у које идау, и он чињаше се, да оће даље да иде. И они га устављау, говорећи: остани с нама, јер је дан нагао, и близу је ноћ. И уђе с њима да ноћи. И кад сјеђаше с њима за трпезом, узе љеб, и благословивши, преломи га, и даде им. Тада се њима отворише очи, и познаше га. И њега нестаде. И они говорау један другоме: не гораше ли наше срце у нама, кад нам говораше путем и кад нам толковаше писмо! И уставши тај час, вратише се у Јерусалим, и нађоше у скупу једанаесторицу, и који бијау с њима; Који говорау: заиста устаде Господ, и јави се Ѳимону. И они казаше, шта би на путу, и како га познаше, кад преломи љеб. А кад они ово говорау, и сам Исус стаде међу њима, и рече им: мир вам!

EVANGELIUM DE DUOBUS EUNTIBUS IN EMMAUS Lucae XXIV, 13—35.

(III). Dialecto illyrica, rectius Serbochrovatica sive Chrovatoserbica.

2. E Truberi et Sociorum versionibus cyrill. et glagolit. Tubing. 1553. 4.

Два ѡдь ни́хь градихота ѡнь исті да́нь Вкаштель 1), ки бише далѣко стадии шестдесеть ѿ ерȣсолима, именомь Ѥммаȣсь. и ѡна говорахота меѥ собомь ѡтавсихь касе 2) бѣхоу згодила. И згодисе зговараюѱисе тере меѥ собомь ищȣћі 3), да самь IѲȢѲ приближавшисе грeдише шни́ма 4) заедно. и очи ни́хь дρжани бѣхоу, дага непозната. и рече кни́мь: чтосȣ 5) ові зговорі, ке меѥ собомь складата ходещи, и еста жалостна? и ѡдговорившi едань кисе 6) зовише именомь клеофась, рече нѥмȣ 7): ти самь еси пришлць 8) вь ерȣсолимь, и ниси познал ѡна, ка ȣчинѥна есȣ ѡндѣ ва овихь днехь? кимь 9) ѡнь рече: каꙉ? и рекоше нѥмȣ: ѡдь IѲȢѲꙖ назаранина, ки бише мȣшь (*sic*) 10) пророкь, могȣщь дѣломь и ричью 11), прѣдь (*sic*) богомь и предь (*sic*) всимь 12) пȣкомь, и какога предаше архиѥреи и владавци наши на осȣѥнье 13) смρти, и пропешега. Ꙗ мисе надиꙉхомо, да е 14) ѡнь ки имиꙉше ѡдкоупити издраела. Ꙗ сада сврхȣ всихь 15) ѡвихь треті дань е данась, дасȣ ѡва ȣчинѥна. Да и нике жене ѡдь нашихь ѡма́милесȣ нась, ке сȣ биле вь ютро 16) рано при гробȣ, и ненашадши тѣло нѥгово, придоше говорещи, да сȣ и ангелско 17) виденье виделѣ (*sic*) 18), ки говоре дае ѡн живь. и поидоше ники ѡдь нашихь, ки 19) снами бѣхȣ ка гробȣ, тако есȣ и ѡни нашли, како жене бѣхȣ рекле, дали нѥга нисȣ видели. Ꙗ ѡнь рече кни́мь: ѡ ви безȣмни и лена срдца на вѣрованье 20) вавсихь касȣ пророци говорилї. небишели потребно да Кристоусь ѡва трпи, тере всвое кралѥвство вниде 21). и зачаньши ѡдь Моисеꙉа, и ѡтавсихь 22), пророкь тлмачаше 23) ни́ма вавсѣхь, писмѣхь, ка одь нѥга бѣхоу. и приближашесе хВаштелȣ хкомȣ гредихȣ. Ꙗ ѡнсе чиниꙉше дале поити, и присилишега говорещи: пребивай снами, ересе вечерь чини, и нагнȣть есть 24) дань. и ѡнь вниде 25) да шни́ма бȣде. и пригодисе, да за столомь шни́ма сидеѱі, взе крȣхь, и благословига и разломі, и даваше ни́ма. и ѡтворишесе очи ни́хь, тере познаше нѥга вразломлѥнью 26) крȣха. и ѡнь шщезнȣ (*sic*) 27) ѡть очию ни́хь. и рекоше меѥ собомь. не згарашели 28) срдце наше внаю, кад нам говораше на пȣтȣ, и писма намь ѡтвараше! и вставшисе ва онои ȣрѣ вратистасе вь ерȣсолимь, и наидоста скȣплѥнихь еданадѣсте (*sic*), и ѡнихь ки шни́ми бѣхȣ, говорещи: вистинȣ вскрснȣль есть 29) господинь, и приказалсе есть 30) симоуноу. Ꙗ ѡна правлахота, ка 31) бѣхоу ȣчинѥна на пȣтȣ, и какога познаста вразломлѥнью 32) крȣха.

---

1) Glagolita habet: ȣкаштел, кои. 2) коѣсе (коꙉсе). 3) ищȣщи. 4) шни́ми. 5) кои есȣ о. з. кое м. с. злагата. 6) коисе. 7) нѥмȣ. 8) пȣтник ва Ѥр. и нѣси исазнал о. коѣ. 9) коим о. р.: коиѣ? 10) ки бѣше мȣж, itemque infra v. 33, ки шни́ми бѣхȣ, quod mirere, cum alias praeferat кои. 11) ричью per ь ante ю. Sed in fine jam ille praecessit Dobrovium, omittens suam ь litteram, aequivalentem Dobrovianae ъ. 12) свим пȣком. 13) на осȣѥние см. 14) да хоще бити он кои откȣпити има Издраела. 15) свих ових. 16) кое сȣ биле вьютро. 17) анјелско. 18) видели кои г. да јe он жив. Alias pro е scribit е tantum. 19) кои снами. 20) вѣрованѥ ва свих коѣ сȣ. 21) тере ȣ свое кр. влисти!. 22) отасвих. 23) тȣмачаще ним вавсѣх писмих коѣ. 24) нагнȣт е дан. 25) влизе. 26) вразломлению. sic et v. 35. вразломлению. 27) згинȣ. 28) не бѣшели с. н. горȣще внаю. 29) ва ерȣсолим. 30) ȣскрснȣл је. 31) ē. 32) а они правлахȣ, коѣ.

(III). Dialecto illyrica, rectius Serbochrovatica sive Chrovatoserbica.

3. E Schiavetto Glagolitarum, Flumine 1824, *Fol.*

кг҃. — новое лѣто, и зачатие иоаноу крст҃лю.	XXIII. Novus annus. Et conceptio Joannis Baptistae.
кд҃. — страсть ст҃ыѧ м҃цѧ ѳеклы.	XXIV. Passio S. M. Theclae.
ке҃. — страсть ст҃аго м҃ка романа. и ст҃ыѧ м҃цѧ иѧ.	XXV. Passio S. M. Romani, et sanctae martyris Ijae (Iae.
кѕ҃. — прѣставление ст҃аго иоана еванг҃листа и богословьца въ отоцѣ патьмѣ. и ст҃ѣи м҃ци руѱимии и дроужинѣ ѥѧ.	XXVI. Transitus S. Joannis evangelistae et theologi i insula Patmo. Et sanctae martyris Rypsimiae (Ripsimiae), et societatis ejus.
кз҃. — памѧть ст҃ыхъ м҃къ калистрата и дроужины его числъмь ф҃ и ѯ҃ при диоклитьꙗнѣ ц҃ри.	XXVII. Memoria SS. MM. Callistrati et Sociorum ejus, numero • D • et • LX • sub Diocletiano imperatore. [2])
ки҃. — страсть ст҃ыхъ калоунтина. алфиꙗ, алезандра (*sic*), зосимы, никона, харитона.	XXVIII. Passio SS. MM. Caluntini, Alphii, Alezandri, Zosimae, Niconis, Charitonis (*sic omnia*).
кѳ҃. — страсть ст҃оую м҃коу трофима и дороумедонта.	XXIX. Passio SS. MM. Trophimi et Dorumedontis.
л҃. — памѧть ст҃оумоу григорию въ арьмении.	XXX. Memoria S. Gregorii in Armenia.
а҃. м҃ца октѧбра. страсть ст҃аго ап҃ла ананиꙗ еп҃па дамаскова. и ст҃оумоу домниноу. и ареꙗ (*sic*) и романоу.	I. MENSIS OCTOBRIS. Passio S. Apostoli Ananiae episcopi Damasceni. Et S. Domnini et Arei et Romani.
в҃ м҃ца тогоже. страсть ст҃оумоу куприꙗноу, и оустинѣ.	II. Passio S. Cypriani et Ustinae (Justinae).
г҃. — памѧть ст҃оумоу дионисию ареопагита (*sic*).	III. Memoria S. Dionysii Areopagitae.
д҃. — страсть ст҃ыхъ м҃къ домета (*sic*) и диогена, и ст҃аго с҃щеном҃ка петра капетоулꙗнихъ (*sic*), и ст҃ѣи б҃ци. и ст҃аго иеротѣа. сь бѣ на погребени ст҃ыѧ б҃ца.	IV. Passio SS. MM. Dometi (Domitii) et Diogenis. Et S. hieromartyris Petri Capetoli eorum (*sic*, *male vertit pro*: Capetoleorum sc. episcopi). Et S. Deiparae. Et S. Hierothei. Is fuit in sepultura S. Deiparae.
е҃. — страсть ст҃ѣи ираидѣ. и ст҃ѣи мамелхитѣ.	V. Passio s. Iraidis et Mamelchitae (*sic*, *pro*: Mamelchtae).
ѕ҃. — мѫченик ст҃оумоу ап҃лоу Ѳомѣ.	VI. Martyrium S. Apostoli Thomae.
з҃ — страсть м҃коу сергиꙗ (*sic*) и вакха.	VII. Passio MM. Sergii et Bacchi.
и҃. — памѧть прѣподобьнѣи пелагии тарсѣ (*sic*, *sine* въ) киликиѧ, при диоклитьꙗнѣ ц҃ри и дроу-	VIII. Memoria S. (τῆς ὁσίας) Pelagiae Tarsi in Cilicia, sub Diocletiano imperatore; et alius Pelagiae Antiochiae.

1) Graecis nunc monachi salutantur ὁσιότητες, episcopi ἁγιότητες. Slavis прѣподобьнїи et свѧтїи. Sed hic nescio cur ipse episcopus est ὅσιος 2) Menologium Basilii Imp. habet рпд (184); alii aliter de sociis militibus.

TEXTUS COD. OSTROM. AD FIDEM APOGRAPHI.	INTERPRETATIO NOSTRA.
с҃ѫіа пелагиа въ антиохи, при ноумерианѣ ц҃ри, юже и златооустъıи похвалами почьте.	sub Numeriano imperatore, quam et Chrysostomus laudibus honoravit.
Ѳ. м҃ца октабра. памать аврамоу и (*sic*) лотоу. и с҃тѣи аннѣ и елисавеѳи и дроужинѣ ихъ.	IX. MENSIS OCTOBRIS. Memoria Abraham et Lot. Et S. Annae et Elisabeth et societatis earum.
І. — страсть с҃таго м҃ка евлампа, и евлампиıа присънъıма братъсестрома при мaѯимианѣ ц҃ри въ никомидиисцѣ градѣ.	X. Passio S. M. Eulampii et Eulampiae, germanorum fratris-et-sororis, sub Maximiano imperatore in Nicomediensi urbe.
аі — памать с҃тъıхъ о҃ць нашихъ патриархъ цариграда. нектариıа. арсака. атика. и сисина и с҃тъıа м҃ца зинаидъı и фелонилъı, сестръı ıеıа.	XI. Memoria SS. Patrum Nostrorum Patriarcharum Constantinop. Nectarii, Arsacii, Attici, et Sisinii et S. Martyris Zenaidos et Philonillae sororis ejus.
ві. — страсть с҃тъıхъ м҃къ тараха. прова. андроника. при диоклитьıанѣ ц҃ри ати бъıвъше.	XII. Passio SS. MM. Tarachi, Probi, Andronici qui sub Diocletiano imperatore capti fuerunt.
гі. — страстъ с҃тъıхъ м҃къ папула. карпа. анавла. и дроужинъı ıеıю. и с҃тоумоу м҃коу трофимоу.	XIII. Passio SS. MM. Papyli, Carpi, Anauli et Sociorum eorum. Et S. M. Trophimi.
ді. — страсть с҃тыхъ м҃къ азариıа. герваса. протаса и келса, при неронѣ ц҃ри въ рим.	XIV. Passio SS. MM. Azariae, Gervasii, Protasii et Celsi, sub Nerone imperatore Rom.
еі. — страсть с҃таго м҃ка лоукиана.	XV. Passio S. M. Luciani.
ѕі. — с҃таго м҃ка лѫгина (*sic*) сътника бъıвъша при страсти х҃вѣ.	XVI. S. M. Longini, centurionis, qui interfuit passioni Christi.
зі. — с҃щение б҃ци въ мѣстѣ рекомѣмь раи. и архангела гаврила. и страсть с҃тъıхъ м҃къ леонта, доментa. теронта.	XVII. Festum Deiparae in loco dicto Paradiso. Et archangeli Gabrielis. Et passio SS. MM. Leonis, Domentii, Terontis.
иі. — памать с҃таго ап҃ла и еуангл҃иста (*sic*) лоукъı.	XVIII. Memoria S. Apostoli et Evangelistae Lucae.
ѳі. — страсть с҃таго м҃ка мносона, еп҃па купрьска. и иже съ нимь ·рк· с҃тъıхъ въ персидѣ при саворѣ (*sic*) ц҃ри.	XIX. Passio S. M. Mnosonis episcopi Cypri, et qui cum eo ·CXX· Sanctis in Perside sub Sabore imperatore.
к. — страсть с҃тоую м҃коу и чоудотворьцоу арѳемъı, и аверкиа (*sic*) при оулианѣ прѣстѫпьницѣ.	XX. Passio SS· MM. et Thaumaturgorum Arthemae et Abercii sub Juliano transgressore (apostata).
ка. — памать прѣподобьноумоу иларионоу.	XXI. Memoria S. (ὁσίου, venerabilis) Hilarionis.
кв. — страсть с҃тъıхъ м҃къ. иракла (*sic*), елисавеѳи (*sic*), и ѳеодотиıа, и гликериıа: и с҃тѣи б҃ци.	XXII. Passio SS. MM. Heraclii, Elisabeth et Theodotes et Glyceriae. Et S. Deiparae.
кг. — страсть с҃таго ап҃ла иакова брата г҃на.	XXIII. Passio S. Apostoli Jacobi, fratris Domini.
кд. — памать с҃тмоу проклоу еп҃поу костантинa града и с҃тмоу м҃коу ареѳѣ.	XXIV. Memoria S. Procli Episc. Constantinop. Et S. M. Arethae.
ке. — страсть с҃тоую м҃коу маркиана и мартоуриıа (*sic*). и с҃тоумоу коутариıа (*sic*).	XXV. Passio SS. MM. Marciani et Marturii (Martyrii). Et S. Cutarii. (Quid si hic Cutarius exstiterit e notariis kal. Basiliani ?).
кѕ. — страсть с҃тмоу димитроу (*sic*), и василию, и артемидороу.	XXVI. Passio S. Demetrii et Basilii et Artemidori.
кз. — страсть с҃тъıа м҃ца капетоулинъı, и перотидъı рабъı еа. при диоклитьанѣ (*sic*) ц҃ри. въ тъже дьнь арханг҃лоу михаилоу въ овьчии.	XXVII. Passio S. M. Capetulinae et Perotidis (Erotidis) ancillae ejus, sub Diocletiano imperatore. Eodem die Archangeli Michaelis in Probatio (?).
ки. — памать прѣподобьноумоу аврамию и дроужинѣ ıего, исповѣдьник с҃тъıхъ ·ог·	XXVIII. Memoria S. (ὁσίου) Abramii et Sociorum ejus, Confessorum SS. LXXIII.
кѳ. — страсть с҃тъıхъ м҃къ и ап҃лъ петроу и павьлоу.	XXIX. Passio SS. MM. et AA. Petri et Pauli· Joannis

EXTUS COD. OSTROMIR. AD FIDEM APOGRAPHI.

. (мѣсаца декабра). ст҃оумоу о҃цоу нашемоу аверкиѭ (*sic*). и ст҃оумоу наставьникоу савѣ.

і. — памѧть ст҃моу о҃цоу нашемоу николѣ. недѣлꙗ · в҃ · прѣжде рождьства х҃ва. ст҃ыихъ праѻ҃ць.

і. — страсть ст҃ыихъ м҃къ еустрата. еуксента. евгена. мардара. и ореста. (*sic omnia*).

ді. — страсть ст҃ыихъ м҃къ тоурса. левъкиꙗ. и калиника. филимона и аполлониꙗ, и дроужинꙑ ѥѭ.

еі. — ст҃оумоу о҃цоу нашемоу елевѳерию.

з҃і. — памѧть ст҃ыихъ г҃ отрокъ, ананиꙗ, азариꙗ, мисаила, иже въ вавулонѣ оугасишѧ пещь огньнѫ. и данила (*sic*) пророка.

и҃і. — свщ҃ение цр҃кви ст҃ыѧ б҃цѧ сѫщаа близъ великыѧ цр҃кве въ халкопратиихъ.

ѳ҃і. — страсть ст҃ыим м҃комъ. еутуха. фоцѣ. и ермоноу и генифатоу (*sic omnia*). недѣлꙗ (*quae?*) прѣжде рождьства х҃ва. памѧть ст҃ыимъ о҃цемъ авраамоу и исакоу и иꙗковоу.

к҃. — ст҃оумоу ст҃лю игнатию.

к҃а. — памѧть ст҃ѣи м҃ци анастасии.

к҃г. — страсть ст҃ыихъ · і҃ · м҃къ иже въ критѣ при декии ц҃ри.

к҃д. — ст҃ыѧ м҃цѧ еугениꙗ. при космодѣ (*sic*) ц҃ри. и навечериѥ рожьства х҃ва.

к҃е. — рожьство х҃во.

к҃ѕ. — наоутриꙗ по рожьствѣ х҃вѣ.

к҃з. — страсть ст҃аго прьвом҃ка стефана.

к҃и. — ст҃моу о҃цоу нашемоу архиеппоу бывъшоу. ѳеодороу.

к҃ѳ. — страсть ст҃ыихъ младеньць.

л҃. — страсть ст҃ыѧ м҃цѧ анастасиꙗ солоунꙗнꙑнꙗ (*sic*) при максимиꙗнѣ ц҃ри.

л҃а. — страсть ст҃аго (*sic*) м҃ка селвестра папежа.

мца еноуара. просиньца рекомаего. обрѣзаниѥ г҃а нашего і҃у х҃а. и памѧть о҃цоу нашемоу василию архиеппоу бывъшоу въ кесарии кападокии.

в҃. м҃ца тогоже. памѧть ст҃ыѧ аполинариѧ и прѣподобьнаего о҃ца григора чоудотворьца въ акритѣ. и навечериѥ ст҃ыихъ богоꙗвлениꙗ.

ѕ҃. — свщ҃ениѥ. епифаниѥмъ.

з҃. — съборъ ст҃аего иоана крьстителꙗ.

и҃. — памѧть ст҃аего григора еппа мусии.

INTERPRETATIO NOSTRA.

V. (MENSIS DECEMBRIS). Sancti Patris Nostri Abercii. Et sancti abbatis (magistri, praeceptoris, institutoris) Sabbae.

VI. Memoria S. P. N. Nicolai. Dominica II. ante Nativitatem Christi. SS. Protoparentum.

XIII. Passio SS. MM. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Orestis.

XIV. Passio SS. MM. Tursi (Thyrsi) Lucii et Callinici, Philemonis et Apollonii et Sociorum.

XV. S. P. N. Eleutherii.

XVII. Memoria SS. III. puerorum Ananiae, Azariae, Misaelis, qui Babylone restinxerunt fornacem igneum. Et Danielis prophetae.

XVIII. Dedicatio ecclesiae S. Deiparae, quae est prope magnam ecclesiam in Chalcopratiis.

XIX. Passio SS. MM. Eutychis, Phocae et Hermonis et Genifati (*sic pro* Bonifacii). Dominica (d e e s t n u m e r u s, quota) ante Nativitatem Christi. Memoria SS. PP. Abrahami, et Isaaci et Jacobi.

XX. S. consecratoris (episcopi) Ignatii.

XXI. Memoria S. M. Anastasiae.

XXIII. Passio SS. · X · MM. qui in Creta sub Decio imperatore (fuere).

XXIV. S. M. Eugeniae, sub Commodo imperatore. Et vigilia Nativitatis Christi.

XXV. Nativitas Christi.

XXVI. Matutinum post Nativitatem Christi.

XXVII. Passio S. Protomartyris Stephani.

XXVIII. S. P. N. (qui fuit archiepiscopus) Theodori.

XXIX. Passio SS. Infantum.

XXX. Passio S. M. Anastasiae, Thessalonicensis, sub Maximiano imperatore.

XXXI. Passio S. M. Silvestri Papae.

I. MENSIS JANUARII, dicti просиньць. Circumcisio D. N. Jesu Christi. Et Memoria P. N. Basilii archiepiscopi qui fuit Caesareae Cappadociae.

II. Memoria S. Apollinariae et S. (ὁσίου) Patris Gregorii Thaumaturgi in Acrito (? Agrigenti ?). Et vigilia sanctarum Theophaniarum.

VI. Festum Epiphaniarum.

VII. Synaxis (synodus, conventus) S. Joannis Baptistae.

VIII. Memoria S. Gregorii Episcopi Mysiae.

TEXTUS COD. OSTROMIR. AD FIDEM APOGRAPHI.	INTERPRETATIO NOSTRA.
і҃. (мѩа еноуара). памать о҃ца нашего иоана. и прѣподобьнаго (*sic*) о҃ца нашего григора еп҃па ниська.	X. MENSIS JANUARII. Memoria P. N. Joannis et S. (ὁσί[ου] P. N. Gregorii episcopi Nyssensis.
д҃і. — памать ст҃ыихъ о҃ць нашихъ и м҃къ избиенъіхъ на синаисцѣи горѣ. ѳеодоула, нила, иоана. и памать ст҃моу аввадѣ.	XIV. Memoria SS. PP. NN. et MM. occisorum in mo[nte] Sinai: Theoduli, Nili, Joannis. Et Memoria S. Al[…]badiae.
ѕ҃і. — цѣлованиѥ и покланѩниѥ веригамъ ст҃аго (*sic*) ап҃ла петра.	XVI. Osculatio et adoratio catenarum S. apostoli Petri.
з҃і. — памать прѣподобьноумоу антонию.	XVII. Memoria S. (ὁσίου venerabilis?) Antonii.
и҃і. — ст҃моу аѳанаію и курилоу и алеѯандроу.	XVIII. S. Athanasii et Cyrilli et Alexandri.
к҃. — памать прѣподобьноумоу еуѳумию.	XX. Memoria S. (ὁσίου) Euthymii.
к҃в. — страсть ст҃ааго ап҃ла тимоѳеа и анастасиꙗ.	XXII. Passio S. apostoli Timothei, et Anastasii.
к҃д. — страсть ст҃моу м҃коу климентоу.	XXIV. Passio S. M. Clementis.
к҃е. — памать ст҃моу григорию ѳеологоу.	XXV. Memoria S. Gregorii Theologi.
к҃ѕ. — ст҃аго поликарпа еп҃па, и ст҃ааго ѯенофонта и женъі его и обою с҃нovоу еи. и оркада иоана (*sic omnia*).	XXVI. S. Polycarpi episcopi, et S. Xenophontis et uxoris ejus et utriusque filii ejus Arcadii et Joannis.
к҃з. — памать възвращениꙗ мощии ст҃ааго златооустааго.	XXVII. Memoria reditûs Reliquiarum S. Joannis Chrysostomi.
к҃и. — памать прѣподобьноумоу ефремоу.	XXVIII. Memoria S. (ὁσίου, venerabilis) Ephremi.
к҃ѳ. — памать игнатию богоносьцоу. въ тъже дьнь памать прѣподобьнаго иꙗкова затворьника.	XXIX. Memoria Ignatii deiferi. Eodem die memoria S. (ὁσίου) Jacobi clausoris (eremitae reclusi).
л҃. — обрѣтениѥ мощи (*sic*) чьстьнъіхъ ст҃ааго климента папежа римьска ·д҃· по ап҃лѣ петрѣ.	XXX. Inventio reliquiarum venerandarum S. Clementis, papae Romani IV post apostolum Petrum.
л҃а. — памать ст҃ъіма м҃кома авва куроу. иоаноу (*sic*).	XXXI. Memoria SS. MM. Abbatis Cyri et Joannis.
а҃. м҃ца февруара (*sic*). памать ст҃ааго м҃ка труфона.	I. MENSIS FEBRUARII. Memoria S. M. Tryphonis.
в҃. — тогоже. сърѣтениѥ г҃а нашего і҃су х҃а.	II. Occursus D. N. Jesu Christi.
г҃. — памать ст҃моу сумеоноу приимъшоу г҃а.	III. Memoria S. Symeonis qui excepit Dominum.
д҃і. — памать прѣподобьнаго ауѯента чоудотворьца и прѣподобьнаго о҃ца нашего костантина философа. наречена въ чрьньчьство именьмь курила.	XIV. Memoria S. (ὁσίου) Auxentii Thaumaturgi et S. (ὁσίου) P. N. Constantini philosophi, dicti in monachatu nomine Cyrilli. *(Ergo pro monacho tantum agnoscit venerabili S. Cyrillum).*
ѕ҃і. — страсть ст҃аго м҃ка памфила, и инѣхъ мъногъ.	XVI. Passio S. M. Pamphili et aliorum multorum.
к҃г. — страсть ст҃аго м҃ка полукарпа еппа змуриньска (*sic*).	XXIII. Passio S. M. Polycarpi episcopi Smyrnensis.
к҃д. — памать обрѣтению главъі ст҃аго иоана пророка и прѣдьтеча и крст҃лꙗ.	XXIV. Memoria inventionis capitis S. Joannis prophetae, et praecursoris et baptistae.
мца марта. страсть ст҃ъіхъ мѫченикъ ·м҃·	I. MENSIS MARTII. Passio SS. MM. XL.
з҃і. — тогоже. памать ст҃аго алеѯа, наричемааго ч҃лка божиꙗ. и великоумоу троусоу.	XVII. Memoria S. Alexii, vocitati hominis Dei. Et magni terrae motûs.
и҃і. — памать ст҃аго о҃ца курила архиеппа и м҃ка.	XVIII. Memoria S. P. Cyrilli archiepiscopi et M.

TEXTUS COD. OSTROM. AD FIDEM APOGRAPHI.

к҃в. (м҃ца мар҃та). памать с҃таго ѳемы (*sic*) новаго архиеп҃па ц҃раграда (*sic*)

к҃д. — страсть с҃тыхъ и҃ м҃къ въ кесарии. и навечерие благовещенита.

к҃е. — благовѣщение с҃тѣи (*sic*) б҃ци.

---

s҃. м҃ца априлıа. страсть с҃тыхъ ·р҃к· а памать с҃щенаго о҃ца нашего еутуха (*sic*) архиеп҃па костатинıа (*sic*) града.

а҃і. — тогоже страсть с҃лаго м҃ка антипы еп҃па перрамьска (*sic*).

к҃в. — памать прѣподобьноумоу ѳеодороу сикеотьскоумоу (*sic, pro:* сикейскоумоу *ex oppido Syceo*).

к҃г. — памать с҃моу м҃коу георгию. (*cf. supra p.* XXIII).

к҃е. — страсть с҃таго ап҃ла и еу҃листа марка.

к҃s. — с҃моу м҃коу (*sic, sine* ч *superposito*) и еп҃поу василию въ амасонѣ (*sic, pro:* амасии, Amaseae).

к҃з. — страсть с҃тоую м҃коу василию еп҃поу амасии. и с҃лаго пеплита (*sic omnia*).

л҃. — страсть с҃лаго ап҃ла иıакова брата с҃лаго иоана евангелиста.

м҃ца маиıа. памать с҃моу пророкоу иеремии.

а҃. — тогоже. с҃тыхъ м҃къ есперию и зосии, и женѣ его и чадоу еѧ куриака и ѳеодола (*sic*). въ тъже дьнь аѳанасию.

д҃. — памать с҃тоумоу афродисию. ганимида (*sic*).

s҃. — страсть с҃лаго дьмитраднакта (*sic*).

и҃. — памать с҃таго ап҃ла и еу҃листа иоана ѳеолога.

а҃і. — памать с҃моу генетлию и мънозѣхъ. и памать с҃моу м҃коу мокию.

д҃і. — страсть с҃моу сидороу и с҃моу пахоумоу.

к҃а. — памать с҃тыма василию (*sic*) костантиноу и елении (*sic*) матери его.

к҃в. — памать с҃моу василискоу.

м҃ца июнıа (*sic*). страсть м҃къ ермила, стратоника и юстина философа.

в҃. — тогоже. памать с҃моу о҃цоу нашемоу никифороу.

д҃. — памать с҃таго о҃ца нашего митрофана архиеп҃па ц҃раграда (*sic*).

е҃. — страсть с҃моу м҃коу маркианоу.

INTERPRETATIO NOSTRA.

XXII. MENSIS MARTII. Memoria S. Thomae Novi, archiepiscopi Constantinopoleos.

XXIV. Passio SS. VIII. MM. Caesareae. Et vigilia Annunciationis.

XXV. Annunciatio S. Deiparae.

VI. MENSIS APRILIS. Passio SS. CXX. Et memoria sanctificati P. N. Eutychii Archiepiscopi Constantinopolitani.

XI. Passio S. M. Antipae episcopi Pergameni.

XXII. Memoria S. (ὁσίου) Theodori Syceotae.

XXIII. Memoria S. M. Georgii.

XXV. Passio S. apostoli et evangelistae Marci.

XXVI. S. M. et Episcopi Basilii in Amasea.

XXVII. Passio SS. MM. Basilii episcopi Amaseiae, et S. Peplii. (*sic, pro:* Puplii i. e. Publii).

XXX. Passio S. apostoli Jacobi, fratris S. Joannis Evang.

I. MENSIS MAJI. Memoria S. prophetae Jeremiae.

II. SS. MM. Hesperii et Zosiae et conjugis (*sic, pro:* Hesperii et Zoes, conjugis) illius, et liberorum ejus Cyriaci et Theoduli. Eodem die, Athanasii.

IV. Memoria S. Aphrodisii. Ganymedis (?).

VI. Passio S. Demetradnactis (?).

VIII. Memoria S. apostol. et evangelistae Joannis Theologi

XI. Memoria S. Genethlii et multorum. Et memoria S. M. Mocii.

XIV. Passio S. Isidori et S. Pachomii.

XXI. Memoria SS. βασιλέων Constantini et Helenae matris ejus.

XXII. Memoria S. Basilisci.

I. MENSIS JUNII. Passio MM. Hermylli, Stratonici et Justini philosophi.

II. Memoria S. P. N. Nicephori.

IV. Memoria S. P. N. Metrophanis Archiepiscopi Constantinopoleos.

V. Passio S. M. Marciani.

TEXTUS COD. OSTROM. AD FIDEM APOGRAPHI.

. (м҃ца аѷгоуста). прѣображениѥ г҃а нашего і҃с х҃а.
— памать ст҃ѣи варварѣ. въ влахернѣ.
— памать ст҃моу костантиноу патриархоу.
— памать ст҃моу лаурентию.
і. — памать ст҃моу маркелоу. въ тъже дьнь навечерие прѣст҃ыѩ б҃цѧ.
і. — прѣставление ст҃ѣи б҃ци.
ѕі. — памать ст҃моу диомидоу.
иі. — памать ст҃аго флора и лавра.
к҃ — памать ст҃моу ап҃лоу ѳадѣю.
ка. — памать самоилоу пророкоу.
кв. — памать ст҃моу м҃коу (*sic sine* ч *superposito*) агаѳоникоу.
кг. — пьмать ст҃аго калиника патриарха.
кд. — памать ст҃аго о҃ца нашего калиника патриарха ц҃рѣграда (*sic*).
ке. — страсть ст҃моу ап҃лоу титоу.
кѳ. — оусѣкновениѥ иоана пр҃дтеча и крьстителꙗ.
л҃. — страсть ст҃ааго ермогена и дроужины его. и памать ст҃оую о҃цоу нашею архиеп҃па. ц҃раграда алеѯандра. иоана (*sic*).
ла. — положение чьстьнааго поꙗса ст҃ыѩ б҃цѧ въ халкопратии.

INTERPRETATIO NOSTRA.

VI. (MENSIS AUGUSTI). Transfiguratio D. N. J. C.
VII. Memoria S. Barbarae in Blachernis.
XI. Memoria S. Constantini Patriarchae.
X. Memoria S. Laurentii.
XIV. Memoria S. Marcelli. Eodem die, Vigilia Sanctissimae Deiparae.
XV. Transitus S. Deiparae.
XVI. Memoria S. Diomedis.
XVIII. Memoria S. Flori et Lauri.
XX. Memoria S. apost. Thaddaei.
XXI. Memoria Samuel prophetae.
XXII. Memoria S. M. Agathonici.
XXIII. Memoria S. Callinici patriarchae.
XXIV. Memoria S. P. N. Callinici patriarchae Constantinopoleos.
XXV. Passio S. apostoli Titi.
XXIX. Decollatio Joannis praecursoris et Baptistae.
XXX. Passio S. Hermogenis et sociorum ejus. Et memoria SS. PP. NN. archiepiscoporum Constantinopoleos Alexandri et Joannis.
XXXI. Depositio venerandae Zonae S. Deiparae in Chalcopratiis.

Huic Kalendario aequum est subjungi codicis Evangeliorum Ostromiriani subscriptionem, cum apposita e regione, ut Kalendarii, Interpretatione nostra. Ea (praeter abbreviaturas, quas typographus nondum omnes potuit imitari) sic habet in Köppenii Собраніе Словенскихъ Памятниковъ, Petrop. 1827, fol., pag. XXXI — XXXII:

Послѣсловіе писанное мѣлкимъ почеркомъ.

Слава тебѣ г҃и ц҃рю н҃бсьныи. ꙗко сподоби ма написати еѵ҃глиѥ се. почахъ же ѥ писати. въ лѣто. ҂ѕ. ф. ѯд. а оконьчахъ ѥ въ лѣто ҂ѕ. ф. ѯе. написахъ же еѵ҃глие се рабоу б҃жию нареченоу сѫщоу въ кр҃щении иосифъ. а мирьскы остромиръ. близокоу сѫщоу изаславоу кънязоу. изаславоу же кънязоу тогда прѣдрьжащоу обѣ власти. и о҃ца своего ꙗрослава. и брата своего володимира. самъ же изаславъ кънязь правлꙗаше столъ о҃ца своего ꙗрослава кыѥвѣ. а брата своего столъ порѫчи правити близокоу своемоу остромироу новѣгородѣ. Мънога же лѣта дароуи б҃ъ сътажавъшемоу еѵ҃глиѥ се, на оутѣшение мъногамъ д҃шамъ кр҃стиꙗньскамъ. даи емоу г҃ь б҃ъ бл҃ние ст҃ыихъ. еванг҃листъ. иоана. матѳеа. лоукы. марка. и ст҃ыихъ праоц҃ь. Авраама. и ісаака. и ꙗкова. самомоу. емоу. и подроужию ѥго. ѳеофанѣ. и чадомъ ею. и подроужиемъ чадъ ѥю. съдравьствоуите же мънога лѣта. съдрьжаще пороучениѥ свое. АМИНЪ.

EPILOGUS SCRIPTUS MINUTO CHARACTERE.

Gloria tibi Domine Rex coelestis, quod dignatus es me, scribere Evangelium hoc. Coepi autem id scribere A. 6564, et absolvi id A. 6565 (i. e. A. D. 1056 — 1057). Exaravi autem Evangelium hoc servo Dei dicto in baptismo J o s e p h o, at in seculo O s t r o m i r o, propinquo Izjaslavi Ducis. Izjaslavo autem Duce tunc obtinente utrumque imperium et patris sui Jaroslavi, et fratris sui Volodimiri. Ipse autem Izjaslavus Dux regebat sedem patris sui Jaroslavi Kievae, fratris vero sui sedem commisit regendam propinquo suo Ostromiro Novigradi. Multos autem annos largiatur Deus consecuto Evangelium hoc, in solatium multarum animarum christianarum. Det illi Dominus Deus benedictionem sanctorum Evangelistarum Joannis, Matthaei, Lucae et Marci; et sanctorum patriarcharum Abrahami et Isaaci et Jacobi; ipsi illi et conjugi ejus Theophanoni et liberis eorum et conjugibus liberorum eorum amborum. Et valeatis multos annos, tenentes commissum (mandatum) vestrum. AMEN.

Ѧзъ григории диаконъ. написахъ еѵ҃лие е (*sic*). да иже горазнѣе сего напишие, то не мози зазьрѣти мьнѣ грѣшникоу. почахъ же писати. м҃ца октаб. к҃а. на памать. иларнона. а оконьчахъ. м҃ца. маига. въ. в҃і. на памать епифана. молю же вьсѣхъ почитающихъ не моѕѣте клати. нъ исправлѧюще. почитаите. тако бо и с҃тъı ап҃лъ паулъ г҃леть: Б҃лте. а не кльнѣте. АМИНЪ.

Ego Gregorius diaconus exaravi Evangeliu hoc. Et qui melius hôc scripserit, nolit mihi succe sere peccatori. Coepi autem scribere mensis Octob die XXI, in festo Hilarionis, et absolvi mensis M die XII, festo Epiphanii. Et rogo omnes lectore nolite maledicere, sed postquam correxeritis legi Sic enim et sanctus Apostolus Paulus dicit: Ben dicite, et non maledicite. AMEN.

XXXIV. Appendix altera: De Moravis carentanis.

Notum est, complures historicos tribuisse Moravis partem etiam Pannoniae; (e quorum numero sufficit G e b h a r d i u m nominasse, in cujus Historiâ Rerump. Venedicarum (Geschichte der wendisch-slavischen Staaten) caput proprium occupat M o r a v i a m i n o r in Pannonia). At summus hoc Dobrovius minime admittebat, ratus, Moravos praedam ingentem egisse e Pannonia saepius invasa, vicissimque dedisse e Moravia Germanis, verum stabiles in Pannonia sedes Moravos nunquam obtinuisse. Obstabant quidem illius opinioni jam antea tot locorum et rerum nomina per Pannoniam ipsumque Noricum praeseferentia originem moravicam (Mährenberg, Mährenfels, Mahrburg, Mahrwein etc. etc. et in orientali Carniola plane amplum territorium Moravorum, Slavis incolis Moravче f. pl., Germanis Moräutscher Boden dictum): at nunc e G. H. P e r t z i i monumentorum Germanicorum T. I. auctiori Annalium Fuldensium editione* pro Moravis carentanis prodit testis omni exceptione major, coaevus et quasi oculatus. Sic enim habet ad A. 901. „Missi Moravorum pacem optantes pervenerunt (Radesbonam). Quod mox, ut petierunt, complacuit et juramento firmatum est. Inde ob hoc ipsum Richarius (Pataviensis) episcopus et Udalricus comes, Marahaha missi sunt, qui eodem tenore, ut in Bavaria firmatum fuit, ipsum ducem et omnes primates ejus eandem pacem se servaturos juramento constrinxerunt. Interdum vero Ungari a u s t r a l e m p a r t e m r e g n i i l l o r u m, C a r u n t a n u m, devastando invaserunt. Rex (Ludovicus Infans, Arnulphi nothi filius legitimus novennis) per Alemanniam .... Franciam petiit". Est igitur c e r t o c e r t i u s, etiam Pannoniae partem paruisse Moravis, tam Svatopluci quam Privinae ejusque filii Hezilonis et (nepotis fortasse, saltim successoris) Vratislai [1]) (ab Arrabonis Dravique ostiis ad usque Carniolae Moravче)? Haecque ipsa Pannoniae m o r a v i c a e pars, cum reliqua inferiori Pannonia interamnensi b u l g a r i c a, theatrum erat apostolicorum SS. Cyrilli et Methodii laborum inter veteriores loci Slavos recentioresque e Moravia transdanubiana colonos. Adde, etiam nunc horum posteros, transdanubianos nempe Svavacos, sicut sedibus sunt contigui, ita et idiomate proximos esse Slavis carentanis; adeo ut cum his dicant o r d o v n i ц a per o (ж) contra Bohemorum o t r u d o w n i ц quod habes p. XLVI in confessione bohemica. (Imo vide ipse, c r i t i c e lector, an non haec ipsa Moravocarantana i. e. Carantaniae pars Moravicorum ducum parens imperii lateat sub Anonymi Belae regis notarii C a r e n t i n i s M o r o a n e n s i b u s, quos hactenus plerique pro C a r e n t i n i s Murae fl. accolis sunt interpretati. Adde tamen, d i t i o n e m potius Moravorum cis Danubium viguisse, quam l i n g u a m; alias sacra Methodii dialectus, quae penitus c i s d a n u b i a n i permansit ingenii, non careret omnino omnibus transdanubianorum Slavorum characteribus, quales sunt e. g. гвѣзда, квѣтъ, тенъ, ноць pro звѣзда, цвѣтъ, тъ, нощь. Poterat ergo S. Methodius creari Archiepiscopus Pannoniensis et Moravensis ecclesiae utriusque cis Danubium sitae; quamquam etiam Wichingus alemannus Nitravae ultra Danubium episcopus latinissimus ejus esset suffraganeus. Quid si ipsa civitas μώραβος biographi graeci S. Clementis aut eadem fuerit, „quae noviter [2] M o s e b u r c h vocabatur A. 865 (non 875, ut deteriores habent codices), a Privina A. 850, per submissos a Salisburgensi Archiepiscopo „magistros muratores et pictores, fabros et lignarios" exstructa in nemore et p a l u d e S a l a e (non: palu Sellede fl. neque: palude Sanae fl.) fluminis", aut vel M a r b u r g ad Dravum, qui certe locus et ipse Privinae parebat successorique Heziloni? Qui Joannis VIII papae epistolas diligenter perlegerit, eum confidimus vix a nobis posse dissentire.

XXXV. Appendix tertia: Sonus ж Pseudocroatarum interamnensium.

Operae nos pretium facturos arbitramur, si lectoribus in memoriam revocaverimus e Carniolanis Georgii Dalmatini Bibliis editis Witebergae 1584 f., sonum ж apud Vratislai Slovenos, qui nunc e Ferdinandi I. tempore (1550) γεωγραφικῶς tantum Croatae d i c u n t u r, sed propric

---

[1]) Braslavo (Vratislaus) dux secundum Annales Fuldenses A. 884 regnabat inter Savum et Dravum flumina, atque A. 896 fervente inter Bulgaros et Hungaros bello Arnulphus Imperator c o m m e n d a v i t urbem Paludarum. Recteque observant critici, nil opus fuisse commendari Vratislao urbem, si jure successionis fuisset sua.

[2]) Minus accurate Dobrovius, fretus adverbio noviter credidit prius nomen fuisse S a l a b u r g. Imo unicus hujus historiae fons Anonymus Salisb., primo eam c i v i t a t e m P r i v i n a e vocat, tum noviter M o s e b u r g. Salaburg nonnisi corruptae lectioni debetur loci ad S a l a p i u g i n (i. e. Salae flexum), diversi a Salavár (Moseburg). Ipsumque Salae vocabulum rivum denotat lente labentem Germanis, aut vel stagnantem; ut fere idem sit ac M o o s (palus). Hinc latinum civitatis M o s e b u r g nomen: urbis scil. P a l u d a r u m barbare. Slavicum B l a t e n s k aeque est a b l a t o (lutum) unde Hungari B a l a t o n fecere. Adde idem S a l a e vocabulum occurrere pro limite Austriae et Bavariae A. 1136 (Rôten Sala) explicarique pro R u b e a P a l u d e, hodieque vocari d a s S a l e t (silvam nempe paludosam). Haec bavárica vox S a l e t (etiam Salät scribunt) ab O e n i ostiis perlata fuerit a colonis bavaris ad lacum Balaton, comitatus hinc vocati S a l a d i e n s i s. Imo eodem ipsissimo nomine in S a l ä t populus appellat agrum a Mura ad lacum usque Blatensem extensum.

ιιι ultimi Vinidorum carentanorum, sat idoneo non storiae solum, sed, quod plus est, etiam linguae testionio. Hos Georgii Dalmatini tempore (1550) Carnioli esjacos vocabant, habetque ille in fine Bibliorum quodιm quasi glossarium, quo vicinis Slavis Carinthiae, Pseuιcroatiae et verae Croatiae carniolismos suos explicat. En tulum glossarii:

REGISTER nekatérih beféd, katére Crajnfki, Coιfhki, Slovénfki ali Besjazhki, Hervazki, Dalmatinfki, ftrianfki ali Crafhki, fe drugázhi govoré (i. e. Index aliuot (754) vocum, quae Carniolice, Carantanice, Slo-enice aut Bezjacice, Hervatice, Dalmatice, Istrice ut Carusadice aliter dicuntur). Has ille dialectos, ut vides, educit ad quattuor: 1) Crajnfki, 2) Corжfhki, 3) Sloénfki ali Besjazhki, 4) Hervazki, Dalmatinfki, Iftrianfki, Crafhki. Vides ergo pro vera Croatica haberi eandem, juae et Dalmatica sit et Istrorum et Carusadii montis ad ιustralem occidentem Carniolae; at illam, quam hodie Croaticam appellamus, Zagrabiensium et reliquorum Croaarum provincialium, et illi et reliquis illius aevi scriptoribus dici Slovenicam seu Vinidorum extremorum. Sic et ipse Zagrabiensis episcopus Petr. Petretics evangelia a se edita A. 1651 pro sua dioecesi vocat Slovenska, non Horvaczka. Sed ad Dalmatini glossarium redeamus. En ex illo bona fide scripta per ж (o) quae hodierni Zagrabienses per оу (u) scribunt (illyricene dicam, an bohemice).

(I) Craїnfki.	(II) Corosbki.	(III) Slovenfki ali Besjazhki.	(IV) Dalmatinfki etc.
Drob	—	votroba (i. e. вжтрοба)	vtroba (i. e. оутроба).
fár	—	pop	
jézha	—	vosa, (вжза) temniza	vsa, tamniza (оуза).
ispahnuti	—	isrinoti (изрынжти)	
klagovanje	—	toga (тжга)	
kunfhtno	—	modro (мждро)	(mudro)
kufhati	—	kufhtnoti (коуштнжти)	celovati
martra	—	moka (мжка)	muka.
materniza	—	votróba (вжтроба)	loshéfna
maura	—	póga (пжга) trakazha, donda.	duga
nakriviti	—	nagnóti (нагнжти).	
nevéfta	—	fnaha, sarozhniza (заржчница).	
paliza	—	fhzhap (щап, шчап).	(Serbis: штап).
péft	—	rokovét (ржковѣть).	
pozhylla (ona je)	—	pozhinola (починжла).	
prepad	—	globofhzhina (глжбощина).	
proga	—	modriza (мждрица)	
savpyti	—	sakriknoti (закрыкнжти)	
tarzha	—	fhzhit (щитъ, шчитъ).	(Serbis: штит).
tolashiti	—	ftegnoti (стягнжти).	
vervi	—	vosha, fhtrange (вжжьа, вжжа pl. n.).	

Habes ergo sedecies *o* loco *u* Illyriorum et Bohemorum, et ą Polonorum locis plane iisdem, ubi Ostromir habet ж. His addidimus pop methodianum; item fhzhap, globofhzhina, fhzhit pro iis, qui negant, cyrillianum щ recte interpretari Russos et Carniolos pro шч compendio, cum Illyrii et Bulgari efferant per шт. Quamquam contrariae parti favere videtur non solum II, 50: pomtediuи, et III, 41: cuиte Monumentorum Frisingensium, sed quod plus est, quippe geographicum etiam Stražišta n. plur. praedium sub Crainburg in media Carniola A. 1002 donatum ab Henrico II Frisingensibus, hodieque existens, sed nomine magis Carniolano Stražiшe n. Haec ergo nondum liquent. Donda tandem communicare voluimus cum Slovacis, quorum cantilenae populares vetustissimae celebrant Dundam nescio quam mythicam, quae quidem nostris Bezjacis est Iris, ut vides. Liceat et de ipso vocabulo Croatarum adnotare aliquid. Constantino Porphyrogenito (qui ipse quin sciret avum habuit Slavum, Imperatorem scilicet Basilium Macedonem *)), scribuntur χρωβάτοι i. e. хровати. Ipsissimum hoc nomen habent etiam a proximis vicinis Carniolanis: хроват, pl. хровати. Cui ad amussim respondet Hungarorum Horvát; nam cum e suae linguae ingenio non possint incipere vocem a binis consonis Hungari, primam vocis syllabam, ex хро- mutarunt in хор-, sicut e brát (frater) fecere barát et sexcenta similia. Hunc hungarismum etiam Zagrabienses adoptavere, qui Horvat dicunt et se ipsos nunc, et antea Dalmatas dixere. Illyrii contra H'rvat efferunt, per H verum, non х cyrillianum, et vocalem dimidiam inter H et r litteras. Sed omnes hae scriptiones satis evincunt, vocabulum Hrovat nil habere negotii cum хрьбьтъ, hr'b't, i. e. dorsum; imo neque cum montibus Carpathiis, nisi si forte montium ipsorum vocabulum adulteratum sit a Veteribus graecis et latinis, quibus Carpathium mare familiarius fuerit, quam хроватorum sive natio, sive montes.

XXXVI. Appendix quarta: de S. Methodio superstite inter Moravos anno adhuc 884.

Putabat Dobrovius, cum nullam amplius Methodii mentionem invenisset, illum A. 881, (quo consolatorias ad eum litteras dederat Johannes VIII. papa), aut e vita aut saltim e Moravia migrasse. Sed ecce mentionem a cl. olim ICto et professore Monse in tabularii Olomucensis Senatûs membranâ codici juris magdeburgici adglutinatâ inventum, et a doctissimo prof. Ant. Boček Moravo cum aliis propediem edendam. Scribit nempe A. 1062 frater M. praepositus de Raygrad S. „(Severo) Pragensi episcopo, se invenisse in libro quodam, qui est ecclesiae S. Petri in Bruna et inscribitur his verbis: Incipiunt traditiones et portiones ecclesiae S. Petri in monte — in cujus initiante charta prima conscriptus est sequens notitiae tenor in hunc modum: †C†. In nomine patris et filii et spiritus sancti, Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCLXXXIIII. consecrata est haec ecclesia in honore beatorum Petri et Pauli principum apostolorum Dei per reverendissimum in Christo patrem Methodium archiepiscopum Maravensem, ipso eorundem festi die dicato, ac prima ejus dos in Brne et Luze confirmabatur scripti tenore coram Zuatoplch duce glorioso et populo illegibili. Amen in aeternum. Amen, amen. — Et hic finis. Aliud vero, quod vetustiora attingeret tempora, neque in libro praefato, neque alibi scriptura testante adnotatum reperi."

*) Quem Genesius aequalis auctor narrat gigantem Bulgarum vicisse techna luctatoria, quae lingua Basilii patria (ἐγχωρίῳ) vocaretur κατὰ πόδρεζαν. Atqui подреза vox est pure pute slavica, succisionem (supplantationis genus) indicans.

Vides hinc S. Methodium aestate anni 884 adhuc in vivis fuisse, idque in dioecesi sua, non Romae, ubi 882 Joannes VIII, Methodii de calumniis Wichingi (Alemanni ipsis Germanis invisi) consolator ipse perierat nefario scelere „propinquorum thesaurum illius et episcopatus culmen rapere anhelantium". Haec igitur e tenebris protracta Olomucensis membrana mirum est quantum addat ponderis veteri S. Methodii biographo, e Prologo membr. sec. XIII, edito ad Kalajdovicii „Joannem Bulgariae exarchum" p. 90, qui aperte dicit „Methodium obiisse in Moravia et sepultum esse in magna Moravi ecclesia, ad laevum parietem post altare S. Deiparae". Vides hic et a Bulgaro sat liquido indigitari Moravi civitatem, non regionem, prout idem et Graecus biographus facit. Nos jam supra insinuavimus, aut in Moseburg, aut in Mahrburg quaerendam esse hanc civitatem Moravum (gr. μωραβος τῆς παννονίας). Moseburg turbo hungaricus convertit in Szalavár, Marburgi antiquior historia adhuc in tenebris est. Hoc certe vix dubium, Hengistfeldon, ubi A. 892 Arnulphus Svatopluco iratus cum slavico duce Brazlavone collocutus est, esse in media Styria ubi hodiedum est Hengstberg prope Wildon. Itemque locum Omuntesberch, ubi 890 Arnulphus cum Zuentibaldo (Svatopluco) duce „conventum habuit (apostolicusque Romae" Svatoplucum patronum nactus erat) vix alium esse ab Münzenberg superioris Styriae hodierno.

XXXVII. Appendix quinta: Anonymi Salisburgensis A. 873 scriptoris, Historia conversionis Carantanorum et de S. Methodio testimonium querulum.

(editio plenior, collatis Biblioth. Caes. codd. membran. quinque, quorum duo sec. XI—XII, tres XIII—XIV).

„Hactenus praenotatum est, qualiter bawarii facti sunt christiani, seu numerus episcoporum et abbatum conscriptus in sede Juvavensi. Nunc adiciendum est, qualiter Sclavi, qui dicuntur Quarantani et confines [1]) eorum, fide sancta instructi, christianique effecti sunt. Seu quomodo Huni Romanos et Gothos atque Gepidos de inferiori Pannonia expulerunt, et illam possederunt regionem. Quoadusque franci et bawarii cum quarantanis continuis affligendo bellis superaverunt, eos autem qui obediebant fidei et baptismum sunt consecuti, tributarios fecerunt regum. Et terram quam possident residui, adhuc pro tributo retinent regis usque in hodiernum diem.

NUNC RECAPITULANDUM EST DE QUARANTANIS.

Temporibus gloriosi regis francorum dagoberti Samo quidam nomine. Sclavus manens in quarantanis, fuit dux gentis illius. Qui venientes nego tores dagoberti regis interficere jussit et regia exspoli pecunia. Quod dum comperit dagobertus rex, misit ex citum suum et damnum quod ei idem Samo fecerat vi care jussit. Sicque fecerunt qui ab eo illuc missi sunt, et r servitio subdiderunt illos. Non multo post tempore coe runt Huni eosdem Quarantanos hostili seditione gravi affligere. Fuitque tunc dux eorum nomine boruth, hunorum exercitum contra eos iturum bawariis nunciari cit, eosque rogavit sibi in auxilium venire. Illi quoq festinando venientes expugnaverunt hunos, et obfirmar Quarantanos servitutique eos regum subjecerunt simili que confines eorum, duxeruntque inde secum obsid in bawariam. Inter quos erat filius boruth, nomine c catius, quem pater ejus more christiano nutrire rogav et christianum facere; sicut et factum est. Et de chett maro [2]) filio fratris sui similiter postulavit. Mortuo autem boruth, per jussionem francorum bawarii cacatium ja christianum factum petentibus eisdem sclavis remiserunt et illi eum ducem sibi fecerunt. Sed ille tertio postea anno defunctus est. Iterum autem permissione domini pippini regis ipsis populis petentibus, redditus est eis Chettimaru christianus factus; cui etiam lupo presbyter ordinatus de Juvavensi sede in insulam Chemingi lacus, quae et aua vocatur, dedit ei nepotem suum, nomine majoranum ad presbyterum jam ordinatum. Et quia compater ejus erat idem lupo presbyter, docuit eum, ut ad juvavense monasterium se devota mente ad christianitatis officium subdidisset. Quem suscipientes idem populi, ducatum illi dederunt. Ille vero secum habens majoranum presbyterum, in juvavensi monasterio ordinatum presbyterum, qui admonuit eum ad ipsum monasterium suum caput declinare in servitium dei. Et ille ita fecit ac promisit se ad ipsam sedem serviturum. Sic et fecit, atque annis singulis ibidem suum servitium persolvebat, et inde semper doctrinam et officium christianitatis percepit usque dum vixit.

Peractis aliquantis temporibus praenominatus dux Carantanorum petiit Virgilium episcopum visitare populum gentis illius eosque in fide firmiter confortare. Quod ille tunc minime adimplere valuit, sed sua vice misso suo episcopo nomine modesto ad docendam illam plebem; et cum eo watonem, reginbertum, cozharium atque latinum presbyteros suos, et ekihardum diaconum, cum aliis clericis, dans eis licentiam ecclesias consecrare et clericos ordinare, juxta canonum diffinitionem, nihilque sibi usurpare quod decretis sanctorum patrum contrairet. Qui venientes carantanis, dedicaverunt ibi ecclesiam S. Mariae [3]) et aliam in Liburnia civitate, seu ad Undrimas, et in aliis quam plurimis locis. Ibique permansit usque ad vitae suae finem. Eo igitur de-

1) Ex iis, quae sequuntur, patebit, horum „Carantanorum, et confinium eorum" nomine intelligi Slavos reliquos, qui e Norico relegantur per totam Pannoniam, exceptis hodierna Slavonia et Sirmio in dextra inferioris Dravi ripa, quippe tum Bulgarorum ditioni parentibus; exceptisque ex parte etiam Slavis Carniolanis qui Aquilejensium patriarcharum opera fuerant conversi. Hic nonnisi Salisburgensium missionariorum res gestae enarrantur; idque eo fine, ut ostendatur, iis injuriâ nunc intrudi ab ipso summo pontifice graecum Methodium. Hanc illi querelam fusius etiam extendunt in epistola A. 900 ad Joannem IX papam! Hujus quidem tum responsum intercepere pagani Pannoniae domini Hungari: at satis postea declaravere et ipsi Salisburgenses fundatione episcopatuum Seccoviensis, Lavantini et Gurcensis, et Hungari suam Pannoniae partem quinque episcopis committentes: Jaurinensi, Sabariensi, Vesprimiensi, Alba-Regalensi et Quinque-ecclesiensi; ut de Strigoniensis parte itemque Viennensi archiepiscopatu taceamus. Vides Salisburgensem dioecesin nunc non in quinque (ut A. 900 lamentabantur Bavari) sed in bis quinque episcopatus esse divisam, communi bono, ipsisque Salisburgensibus non nolentibus. Ex Joh. VIII autem papae Epistolis patet, Methodii dioecesin ex una parte et ultra Dravum Savumque Dalmatiam versus fuisse protensam, ex altera ultra Danubium! Cumque suis oculis usurpasset Chazariam Methodii frater Cyrillus, vix dubites his praesertim in Transdanubianos Slavos prospectibus motum Joh. VIII et slavinicas jure laudasse litteras, et Methodii dioecesin pro antiqua Sirmiensi libenter instaurasse et amplificasse.

2) Alii codd. habent Chettumarus, Chetmarus. Verum nomen putes ХОТИМИРЪ (pacis amans). Patruelis item nomen qui hic est cacatius, biographo S. Virgilii sonat carastus; avunculi et boruch. 3) Cod. 73. sec. XIII: S. Mariae in solio: Et mox: ad imdrimas.

uncto episcopo postulavit iterum idem Chettimarus dux 'irgilium episcopum, si fieri posset ut ad se veniret. Quod le renuit, orta seditione quod carmula dicimus. Sed uito consilio misit ibidem Latinum presbyterum, et non nulto post orta seditione aliâ exivit inde ipse Latinus presyter. Sedata autem carmula, misit iterum Virgilius episopus ibidem Madalhohum presbyterum, et post eum Varmanum presbyterum.

Mortuo autem Chettimaro, et orta seditione, aliquot nnnis nullus presbyter ibi erat; usque dum Waltunc lux eorum misit iterum ad virgilium episcopum, et petiit bidem presbyteros mittere. Qui tunc misit eis heimoem presbyterum, et reginbaldum presbyterum, atque majoranum diaconum cum aliis clericis. Et non multo post misit iterum ibidem eumdem heimonem et dupliterum [1]) ac majoranum presbyteros, et alios clericos cum eis. Iterumque misit eis gozharium presbyterum, majoranum et erchanbertum. Post eos reginbaldum et reginharium presbyteros. Ac deinde majoranum et augustinum presbyteros. Iterumque reginbaldum et gundharium. Et hoc sub Virgilio factum est episcopo.

Item anacephalaeosis de Avaris.

Antiquis enim temporibus ex meridiana parte danubii in plagis pannoniae inferioris et circa confines regiones romani possederunt, ipsique ibi civitates et munitiones ad defensionem sui fecerunt, aliaque aedificia multa, sicut adhuc apparet. Qui etiam Gothos et Gepidos suae ditioni subdiderunt. Sed post annos nativitatis domini CCC. LXX. VII. et amplius huni ex sedibus suis in aquilonis parte danubii in desertis locis habitantes, transfretantes danubium expulerunt romanos et gothos atque gepidos. De gepidis autem quidam adhuc ibi resident. Tunc vero Sclavi post hunos inde expulsos coeperunt istis partibus danubii diversas regiones habitare. Sed nunc qualiter huni inde expulsi sunt, et Sclavi inhabitare coeperunt, et illa pars Pannoniae ad dioecesim Juvavensem conversa est, edicendum putamus.

Igitur Karolus imperator anno nativitatis domini DCC. XC. VI. aericum comitem destinavit et cum eo immensam multitudinem, hunos exterminare. Qui minime resistentes reddiderunt se per praefatum comitem Karolo imperatori. Eodem igitur anno misit Karolus pippinum filium suum in huniam cum exercitu multo, qui perveniens usque ad celebrem eorum locum qui dicitur rinch, ubi iterum omnes eorum principes se reddiderunt pippino. Qui inde revertens partem Pannoniae circa lacum pellissa inferioris, ultra [2]) fluvium qui dicitur hrapa, et sic usque ad dravum fluvium et eo usque ubi dravus fluit in danubium, prout potestatem habuit, praenominavit cum doctrina et ecclesiastico officio procurare populum qui remansit de hunis et sclavis in illis partibus, arnoni Juvavensium episcopo usque ad praesentiam genitoris sui, Karoli imperatoris. Postmodum ergo anno DCCC. III. Karolus imperator bawariam intravit, et in mense Octobrio Salzpurc venit. Et praefatam concessionem filii sui iterans potestative multis astantibus fidelibus suis affirmavit, et in aevum inconvulsam fieri concessit. Simili modo etiam Arn episcopus, successor Virgilii, sedis Juvavensis deinceps curam gessit pastoralem, undique ordinans presbyteros et mittens in Sclaviniam, in partes videlicet quarantanas atque inferioris Pannoniae illis ducibus atque comitibus, sicut pridem Virgilius fecit. Quorum unus Ingo vocabatur, multum carus populis et amabilis propter suam prudentiam; cui tam obediens fuit omnis populus, ut si cuiquam vel charta sine litteris ab eo directa fuit, nullus ausus est neglegere suum praeceptum. Qui etiam mirabiliter fecit.

Vere servos credentes secum vocavit ad mensam, et qui eorum dominabantur infideles foris quasi canes sedere fecit, ponendo ante illos panem et carnes et fusca vasa cum vino, ut sic sumerent victus: servis autem staupis deauratis propinare jussit. Tunc interrogantes primi de foris dixerunt: cur facis nobis sic? At ille: Non estis digni, non ablutis corporibus cum sacro fonte renatis communicare, sed foris domum ut canes sumere victus. Hoc facto fide sancta instructi certatim cucurrerunt baptizari. Et sic deinceps religio christiana succrevit [3]).

Interim contigit, anno videlicet nativitatis domini DCC. XC. VIII. arnonem jam archiepiscopum a Leone papa accepto pallio remeando de Roma venisse ultra padum eique obviasse missum Karoli cum epistola sua, mandans illo [4]) ipso itinere in partes sclavorum ire et exquirere voluntatem populi illius et praedicare ibi verbum dei. Sed quia hoc facere nequivit, antequam responsum referret suae legationis, festine perrexit ad imperatorem, et retulit ei quidquid per eum domnus Leo papa mandavit. Post expletam legationem ipse imperator praecepit arnoni archiepiscopo pergere in partes Sclavorum et providere omnem illam regionem, et ecclesiasticum officium more episcopali colere, populosque in fide et christianitate praedicando confortare. Sicut ille praecepit, fecit illuc veniendo; consecravit ecclesias, ordinavit presbyteros, populumque praedicando docuit. Et inde rediens nunciavit imperatori, quod magna utilitas ibi potuisset effici si quis inde habuisset certamen [5]). Tunc interrogavit illum imperator, si aliquem habuisset ecclesiasticum virum, qui ibi lucrum potuisset agere deo. Et ille dixit se habere talem, qui deo placuisset et illi populo pastor fieri potuisset. Tunc jussu imperatoris ordinatus est Theodericus episcopus ab Arnone archiepiscopo Juvavensium; quem ipse arno et Geroldus comes perducentes in sclaviniam dederunt in manus principum, commendantes illi episcopo regionem carantanorum et confines eorum occidentali [6]) parte dravi fluminis, usque dum dravus fluit in amnem danubii, ut potestative populum regeret sua praedicatione et evangelica doctrina doceret servire deo, et ut ecclesias constructas dedicasset, presbyteros ordinando constituisset, totumque ecclesiasticum officium in illis partibus, prout canonicus ordo exposcit perficeret, dominationem et subjectionem habens juvavensium rectorum; sicut ille fecit quamdiu vixit.

---

1) Cod. S. 79 duplicerum. 2) Nota ultra fl. hrapa. Ergo et hinc liquet, perperam lacum pelissa haberi a quibusdam pro recentius nato Neusiedler See. Auctor noster Blatensem intelligit. 3) Cod. S. 79, sec. XIII: crevit. Non male. 4) Codd. plerique: illi. 5) i. e. hujus rei diligentem curam. V. Cangii Glossarium. Idem quod Arno, sensit et Johannes VIII. papa. 6) Hanc occidentalem partem intelligimus cum doctissimo Consiliario aulico Th. Dolliner Dravi superioris per Carinthiam et Styriam et Croatiae hodiernae partem, excepta hodierna Slavonia, quae Bulgarorum erat. Nisi plane malis occidentalem Dravi partem negligentius dictam pro aquilonari, quam A. 810 Carolus M. adjudicavit Salisburgensibus, australi Aquilejensibus relicta.

Post diem vero transitus de hoc seculo Arnonis archiepiscopi, anno nativitatis domini DCCC. XX. I. adalrammus piissimus doctor sedem juvavensem suscepit regendam; qui inter cetera beneficiorum opera finito cursu Theoderici episcopi, prout arno archiepiscopus antea Theoderico episcopo sclavos commisit, ita et ipse ottonem constituit episcopum. Ipse enim Adalrammus anno nativitatis Christi DCCC. XX. III. pallium accepit ab Eugenio papa rexitque gregem sibi commissum XV annos; eoque superna clementia vocante a nexibus corporis absoluto Liuprammus venerabilis praedictae sedis pontificatum accepit pastor, quem Gregorius pallio honoravit DCCC. XXX. VI. qui innumerabilibus Deo placitis operibus peractis sydereas conscendit sedes anno nativitatis Christi DCCC. L. VIII. Cui successor quem ipse nutrivit Adalwinus venerabilis praesul pallio honoratus a Nicolao papa ad praesens enitet tempus, cum omni regens diligentia divinitus sibi gregem commissum. Quorum temporibus, Liuprammi videlicet et Adalwini archiepiscoporum, Osbaldus [1] episcopus Sclavorum regebat gentem prout jam priscis temporibus jam dicti episcopi fecerunt subjecti episcopis juvavensium, et adhuc ipse Adalwinus archiepiscopus per semetipsum regere studet illam gentem in nomine domini, sicut jam multis in illis regionibus claret locis.

Enumeratis itaque episcopis Juvavensium conamur prout veracius in chronicis imperatorum et regum francorum et bawariorum scriptum reperimus, scire volentibus manifestare. Postquam ergo Karolus imperator hunis rejectis episcopatus dignitatem Juvavensis ecclesiae rectori commendavit, arnoni videlicet archiepiscopo et suis successoribus tenendi perpetualiter atque regendi perdonavit, coeperunt populi sive sclavi vel bawarii inhabitare terram, unde illi expulsi sunt huni, et multiplicari. Tunc primus ab imperatore constitutus est confinii comes goterammus, secundus werinharius, III[us] albricus, IV[us] gotefridus, V[us] geroldus [2]. Interim vero, dum praedicti comites orientalem procurabant plagam, aliqui duces habitaverunt in illis partibus ad jam dictam sedem pertinentibus, qui comitibus praefatis subditi fuerunt ad servitium imperatoris; quorum nomina sunt privvizlauga, cemicas, ztoimar, etgar [3]) Post istos vero duces bawarii coeperunt praedictam terram dato regum habere in comitatum. ·N· [4] Helmvvinus, albgarius, et pabo. His ita peractis ratbodus suscepit defensionem termini.

In cujus spacio temporis quidam priwina exulatus a moimaro duce maravorum supra danubium venit ad ratbodum, qui statim illum praesentavit domno stro regi Hludvico. Et suo jussu fide instructus baptiza est in ecclesia S. Martini loco treisma nuncupato, cu videlicet pertinenti ad sedem juvavensem. Qui et pos ratbodo commissus aliquot cum illo fuit tempus. Inte exorta est inter illos aliqua [5] dissensio; quam Privina mens fugam iniit in regionem Wulgariam cum suis chozil filius ejus cum eo. Et non multo post Wulgariis Ratimari ducis adiit regionem. Illoque te pore Hludvicus rex Bawariorum misit Ratbodum cu exercitu multo ad exterminandum Ratimarum ducem; diffidens se defendi posse, in fugam conversus est cu suis qui caedem evaserunt [6]. Et praedictus Privvini substixit, et cum suis pertransivit fluvium Sawa, ibiq susceptus a Salachone [7] comite pacificatus est cu Ratbodo.

Aliqua vero interim occasione percepta rogantib praedicti regis fidelibus praestitit [8] rex Privinae aliqua inferioris Pannoniae in beneficium partem circa fluvium q dicitur Sala. Tunc coepit ibi ille habitare et munime aedificare in quodam nemore et palude Salae [9] fl minis, et circumquaque populos congregare ac multu ampliari in terra illa; cui quondam Adalrammus arch piscopus ultra danubium in sua proprietate loco vocato n trava consecravit ecclesiam. Sed postquam praefatum m nimentum aedificavit, construxit infra [10] primitus eccl siam, quam Liuprammus archiepiscopus, cum in il regione ministerium sacerdotale potestative exercuit, i illud veniens castrum in honore s. Dei genitricis Mariae consecravit anno videlicet DCCCL. Ibi fuerunt praesente chezil, unzhat, chotemir, livvtemir, zcurbea, siliz, wulkina, witemir, trebiz, brisnuz, zwemin, zeska, crimisin, goymer, zistilo, amelrich, altwart, wellehelm, fridepercht, serot, cunther, arfrit, nidrid, isanpero, rato, deoterih item deoterih, madalpercht, engelhadt, waltker, deobald. Ipsi viderunt et audiverunt complacitationem illo die inter Liuprammum et Privinam, quando ille dedicata est ecclesia, id est IX. Kal. Febr. Tunc dedit Privvina presbyterum suum, nomine Dominicum, in manus et potestatem Liuprammi archiepiscopi, et Livvprammus illi presbytero licentiam concessit in sua dioecesi missam canendi; commendans illi ecclesiam illam et populum procurandum sicut ordo presbyteratus exposcit. Indeque rediens idem pontifex, et cum eo Hezhil, consecravit ecclesiam Sandrati [11] presbyteri, ad quam Hezil territorium et silvam ac prata in praesentia praefatorum virorum tradidit et circumduxit in ipsum termi-

---

1) Hinc frequens per Carinthiam et Carniolam Osbaldi nomen Ad hunc „Osbaldum Chorepiscopum Quadrantinum" exstant binae in Corpore Juris Canonici Nicolai papae decretales (dist. 50, cap. 6 et 39), unde videas, maluisse illum papae proponere dubia, quam suo metropolitae. Hinc deinceps plerumque maluerint „in nomine domini per semetipsos regere gentem illam" Salisburgenses. 2) Nos cum aliis sic intelligimus, hanc „maximam" provinciam a Carolo M. in quinque marcas fuisse divisam, singulis praefecto comite, primae Goterammo, secundae Werinhario, tertiae Albrico, quartae Gotefrido, quintae demum Geroldo. 3) Praeter hos quattuor posterioresque Nostri Ratimarum, Privinam, et Hezilonem, ex Eginhardo aliisque novimus Braslavonem et Ljudevitum, quorum ultro citroque penitiorem historiam perquirendam relinquimus Dalmatis et Croatis, Lucii et Kercselicsii successoribus. 4) Lege: nomine: 5) Sic omnes codd. Oportet ergo male legisse „antiqua" editorem Juvaviae. 6) Hunc Ratimarum ducem, praeter Nostrum nemini nominatum, praeclare illustravit Th. Dolliner in laudata dissertatione p. 64, habens illum pro Croatarum Duce Crasimere, filio Terpimeris, quo regnante Martinus ille podagricus e Francia Croatas in fide confortabat. Cf. nos supra p. XXXI. Clara hinc patescit Privinae fuga duplex, et reditus. 7) Sic codd. omnes. Male legerit „Juvaviae" auctor: Saladione. 8) Sic codd. S. 414 sec. XII et S. 76 sec. XIV. At Caes. vetustiss. hist. eccl. 148, caret hoc folio: alter vero 73. sec. XIII. habet Sana. 9) Sic disertim codd. supradicti. Vides pallu sellede natum esse e praepostere collocato de, quod prior codex per correctionem habuerit superne sut in margine, utpote spectans ad palu- de. Similis error e male intellecta glossa natus est in Jordanis civitate Novi et Sclavinorumunense pro civitate Novidunense, cui voci curiosus quidam superscripserat glossam Sclavinorum. 10) Sic omnes codd. sensu infimae latinitatis pro: intra? Vide Cangium. 11) Cod. 148: sandiati.

um. Tunc quoque ad ecclesiam Erinperti presbyteri, quam memoratus praesul consecravit, tradidit Hezil, sicut Engildeo et filii ejus duo, et Erenbercht presbyter, habuerunt, et circumduxit praefatos viros in ipsum terminum. Transactis namque fere duorum aut trium annorum [1]) spatiis ad Salapiugin consecravit in honore S. Hrodberti ecclesiam, quam privvina cum omni superposito tradidit deo et S. Petro atque S. Hrodberto in perpetuum usum fructuarium viris dei Salzburgensibus habendi. Postmodum vero roganti Privvino misit Liuprammus archiepiscopus magistros de Salzburch muratores et pictores, fabros et lignarios, qui infra civitatem Privvinae honorabilem ecclesiam construxerunt, quam ipse Liuprammus aedificari coepit, officium ecclesiasticum ibidem colere peregit. In qua ecclesia Adrianus martyr humatus pausat. Item in eadem civitate ecclesia S. Johannis Baptistae constat dedicata, et foris civitatem ad dudleipin, ad ussitin, ad businiza, ad bettoviam, ad stepili perc, ad lindolueschirichun, ad keisi, ad uveidheresehirichun, ad isangrimeschirichun, ad beatuseschirichun, ad quinque basilicas temporibus Liuprammi dedicatae sunt ecclesiae. Et ad otachareschirichun, et ad paltmunteschirichun ceterisque locis ubi privvina et sui voluerunt populi. Quae omnes temporibus privvinae constructae sunt et consecratae a praesulibus Juvavensibus.

Pervenit igitur ad notitiam Ludovici piissimi Regis, quod privvina piissimus fuit ac benivolus erga dei servitium et suum; fidelibus suis quibusdam saepius ammonentibus concessit illi in proprium [2]) totum, quod prius habuit in beneficium, exceptis illis rebus, quae ad episcopatum Juvavensis ecclesiae viderentur pertinere, scilicet ad S. petrum principem apostolorum et beatissimum Hrodbertum ubi ipse corpore requiescit. Ubi tunc ad praesens [3]) rector venerabilis Liuprammus archiepiscopus praeesse dinoscitur. Ea ratione diffinivit domnus senior noster rex easdem res, quae tunc ad ipsum episcopum in ipsis locis conquaesitae sunt, et quae inantea deo propitio augeri possunt, ut sine ullius hominis contradictione et judiciaria consignatione illibate ad ipsa loca supra dictorum perpetualiter valeant perseverare. Isti fiebant praesentes: N. liuphrammus archiepiscopus, erchanbertus ep., erchanfridus ep., hartwigus ep., karolomannus. hludovicus. ernust. ratpot. werinheri. pabo. fritilo. tacholf. deotrih. vuaninc. gerolt. liutolt. deotheri. wuolfregi. Iezo. egilolf. puopo. adalperht. megingoz. Item adalperht. odalrih. peringer. managolt. Actum loco publice in reganespurc. Anno domini DCCC°. XL°. VIIII°. Indictione XI, sub die IIII idus octobris [4]).

Quamdiu enim ille vixit, nihil minuit rerum ecclesiasticarum nec subtraxit de potestate praedictae sedis, sed ammonente archiepiscopo, prout valuit, augere studuit; quia ad augmentum servitii dei primitus post obitum Dominici presbyteri, Svvarnagal presbyter ac praeclarus doctor illuc missus est, cum diaconis et clericis. Post illum vero Altfridum presbyterum et magistrum cujusque artis Liuprammus illuc direxit; quem Adalwinus successor Liuprammi archipresbyterum ibi constituit, commendans illi claves ecclesiae, curamque post illum totius populi gerendam. Similiter, eo defuncto, rihbaldum constituit archipresbyterum. Qui multum tempore ibi commoratus est, exercens suum potestative officium, sicut illi licuit [5]) archiepiscopus suus, — usque dum quidam graecus, methodius nomine, noviter inventis sclavinis litteris, linguam latinam doctrinamque romanam atque literas auctorales latinas philosophice superducens, vilescere fecit cuncto populo ex parte [6]) missas et evangelia ecclesiasticumque officium illorum, qui hoc latine celebraverunt. Quod ille ferre non valens sedem repetivit Juvavensem.

Anno igitur DCCC. LXV [7]) venerabilis archiepiscopus Juvavensium Adalwinus nativitatem Christi celebravit in castro Hezilonis, noviter Moseburch vocato, quod illi successit moriente patre suo privvino quem Maravi occiderunt; illo quoque die ibi officium celebravit ecclesiasticum. Sequentique die in proprietate Wittimaris dedicavit ecclesiam in honore S. Stephani protomartyris. Die vero Kal. Jan. ad ortahu consecravit ecclesiam in honore S. Michaelis archangeli in proprietate Hezilonis. Idem eodem anno ad weride in honore S. Pauli apostoli id. Nov. dedicavit ecclesiam. Item in eodem anno XIX. Kal. Febr. ad Spizzun in honore S. Margarethae virginis ecclesiam dedicavit. Ad Termperch dedicavit ecclesiam in honore S. Laurentii. Ad Fiskere eodem anno dedicavit ecclesiam. Et singulis proprium dedit presbyterum ecclesiis. Sequenti quoque tempore veniens iterum in illam partem causa confirmationis et praedicationis, contigit illum venire in locum, qui dicitur cella, proprium [8]) videlicet unzatonis, ibique apta fuit ecclesia consecrandi, quam dedicavit in honore S. Petri principis apostolorum, constituitque ibi proprium presbyterum. Ecclesiam Stradachi dedicavit in honore S. Stephani. Iterum in weride ecclesia dedicata floruit in honori Petri principis apostolorum. Postea vero tres ecclesias consecravit, unam ad quartinacha in honore S. Johannis evangelistae; alteram ad Muzzilicheschirichun, tertiam ad ablánza; quibus constituit proprios sacerdotes [9]).

A tempore igitur, quo dato et praecepto domni Karuli Imperatoris orientalis Pannoniae populus a Juvavensibus regi coepit praesulibus, usque in praesens tempus sunt anni LXXV [10]), quod nullus episcopus alicubi

---

1) Cod. 148: trium spatii rannorum. Hinc vides ipsum nostrum antiquissimum codicem apographum esse, non autographum; librarius literam post τό spatii credebat esse r. 2) Sic codd. omnes. Perperam ergo resolvit Juvaviae auctor compendium τοῦ proprium, in τό; perpetuum. 3) Vides hinc, Salisburgensem nostrum e schedis Liuprammi aequalibus congessisse hanc diatribae suae partem. 4) Sic correcto e nostris codd anno 849 pro 869 bene quadrant omnia. 5) Sic nostri omnes, praeter S. 79. sec. XIII—XIV, ex quo Juvavia habet: injunxit. 6) Bene interpretatus est summus Dobrovius: ex parte sc. Slavorum; nam „Bawariorum" quidem, qui Nostro auctore" cum Slavis inhabitabant has terras", quorumque bavarica ecclesiarum nomina ad Isangrimeschirichun et similium satis indicant parochias, vix quidquam intererat, sive latine sive slavinice sacra fierent. At intererat Salisburgensium ne latius serperet exemplum. 7) Sic codd. nostri vetustissimi ambo. Rectissime; nam A. 875 jam dudum erat mortuus Adalwinus. 8) Sic codd. omnes. Auctor Juvaviae male legit solitum compendium τοῦ proprium; itemque male mizatonis pro unzatonis, cujus nomen superius recte legerat. 9) Cod. 148 in margine inferiori habet ab eadem manu notatum numerum ecclesiarum a Salisburgensi Archiepiscopo Adalwino dedicatarum, sic: „Est summa ecclesiarum XXX. II. et amplius". 10) Sic retinuimus e cod. S. 79, quamquam codd. sec. XII ambo habeant: LXXX. V. quod non quadrat cum Adalwini tempore vita functi die 21. Apr. anni 873. Quamquam nil impedit, imo quod supra vidisti de Liuprammi tempore aeque praesente, invitat credere, Nostrum sive 873, sive etiam 883,

veniens potestatem habuit ecclesiasticam in illo confinio nisi Salzburgenses rectores: neque presbyter aliunde veniens plus tribus mensibus ibi ausus est colere officium, priusquam suam dimissoriam episcopo praesentaverit epistolam. Hoc enim ibi observatum fuit, usque dum nova orta est doctrina Methodii philosophi".

XXXVIII. Appendix sexta: Slavorum cisdanubianorum historiae conspectus chronologicus usque ad obitum S. Methodii.

A. D. 334 Constantinus M. ultra 300,000 Sarmatas limigantes, dominos a servis expulsos cis Danubium libenter excipit et dividit per Thraciam, Scythiam, Macedoniam Italiamque. Scito Sarmatarum vocabulum idem valere quod Serborum, antiquissimum Slavicae gentis nomen. Quam Italiam dicit, Carniola fuit, Italiae tum pars. Horum posteros jure credas Slavos Carantanos, sicut Bulgaros illorum qui per Scythiam, Thraciam Macedoniamque fuere divisi.

363 Equitius Illyrici Comes, Probusque praetorio Praefectus avarissimis exactionibus eo desperationis adegit, si fabula vera, Slavorum principes Čechum, Lechum et Russum, ut relictis ad Krapinam in hodierna Croatia sedibus novas iterum trans Danubium quaererent in Bohemia, Polonia et Russia.

381 Stridone everso, et Petavione episcopi Ariani proditione Gothis tradito, proditor Julianus Valens latet Mediolani.

390 S. Hieronymus frequens litterarum commercium habet cum monachis et monialibus Aemonae (Labaci).

449 Slavi transdanubiani Romanorum militum rapinas ulciscentes occupant Salonam in Dalmatia, auctore Constantino Prophyrogenito. Slavi Bulgarici quotannis praedantur usque ad ipsam Constantinopolin, quam A. 507 Anastasius Imp. muro longo circumdato se tuiturum sperat. Justinianus illis stipendia quotannis solvit. Ecce jam hinc primos ipsius Urbis ἰδιώτας, quorum vocabula sl. skala et rogoz citant scholiastae. Aquilonem versus in Dacia certe et ultra Tibiscum dominabantur hi Bulgarici Slavi, teste Pesthini oppidi perdurante in hodiernum diem ex idiomate bulgaricae dialecti vocabulo. Cf. supra p. XII, §. XIV.

453 Attila mortuo Gepidae in Pannonia caedunt 30,000 Hunos, reliquis ad Pontum fugientibus. Gepidae Daciae utriusque partes, Ostrogothi Pannoniam occupant.

455 Ex Africa Viennam ad Danubium advenit S. Severinus monachus, hicque A. 482, 8. Jan. moritur, ab Eugippio discipulo celebrandus c. 510.

— de Francis queritur Aquilejensis patriarcha ad Mauritium imperatorem, quod dioecesin Augustanam et Tiburniam (i. e. Debern im Lurnfeld) in Norico invasissent.

493 — 526 Cassiodorus praesidem mittit Dalmatiae atque Suaviae provinciis. Haec Suavia necessario Slavia est. Etiam nunc Slavi *l* saepissime sonant ut *u*. Cf. Ptolemaei Ms.: Σουοβῆνοι qui sunt Slovini. Audi rusticos non solum Carniolae et Lusatiae sed et Poloniae.

550 Slavi novi in Pannonia et Dalmatia, ac si essent in suis finibus sine ullo metu hibernai teste Procopio III, 40.

550—570 Slavi (bulgarici) Thessalonicae montes et ca pos colunt. Est ibi Slavinia, vix non sui juris. Cf. Ha notas ad Leonem Diaconum, et historiam byzantinam perspicue indicantem hunc rerum statum. Ex his Sla oriundus erat ipse Basilius imperator, adeoque omnis illi suboles. Testis est Hamsa historicus Arabs et aequa Genesius byzantinus historicus, qui Basilii linguae p triae vocabulum adfert κατὰ πόδρεζαν, quod aperte slavicum подрѣза, supplantationis genus. Horum exam Slavorum in ipsa mox Peloponneso videbis consedisse.

567 Avares Gepidas subigunt ad confluentes Savi Danubii.

568 Longobardi Avaris cedunt Pannoniae ditionem quam ab A. D. 527, per 42 annos tenuerant. Sed fallu tur qui cum Avaris demum intrasse in Pannoniam puta Slavos Carantanos, longe antiquiores. Paulinus Patriarch Aquilejensis, Longobardorum metu sedem suam transfe in insulam gradum, quam Slavi volunt e sua lingua ap pellatam; grad enim Slavis est urbs. Sed nescias, a non lat. graduum potius subsit vocabulum; praesertim sicubi ante Paulum diaconum fuerit inventum. Haec sedis translatio ansam dedit schismati in ecclesia Aquilejensi, A. demum D. 698 cessaturo.

595 Tassilo, Francus, Bavariae dux, debellat Slavos Carantanos. Sed anno insequenti ipse vicissim debellatur, caesis omnibus, quos miserat, 2000 Bavaris.

611 Garibaldus Tassilonis filius debellatur a Slavis, usque ad Aguntum Dravique fontes progressis.

610 — 640 Chrovatorum et Serborum (e regionibus ultra Bajivariam sitis, at Ottoni tamen Magno parentibus tempore Constantini Porphyrogeniti!) in Illyricum et Moesiam immigratio, auctore Constantino Porphyrogenito. Haec nova Slavorum in Illyricum accessio medios quasi dirimit primigenios a Constantini M. tempore cis Danubium Slavos Moesiae e Pannoniae. Serbi maritimi et Croatae Istriae et Dalmatiae baptizantur „per presbyteros Romi arcessitos [1]), teste Constantino Porphyrogenito, Romae tunc pontificatum tenente Joanne IV, nato Dalmatâ Salonitano! Natio tunc Croatarum teste eodem imperatore Constantino, „exhibebat equitum 60,000, peditum 100,000, et sagenas 80, conduras 100. Et sagenae quidem quadragenos viros habent, condurae vero vicenos, nempe quae majores, nam minores denos tantum viros habent."

624 Samo „Slavus manens in Carantanis" dux gentis.

630 Slavi Carantani sui penitus juris, sub Valducho duce, perfugium tutum praebent septingentis Bulgaris, solis reliquis de novies mille familiis, quas bello civili expulsas ab Avaribus Franci jusserant hospitio excipi a Bavaris, addito secreto mandato, ut per somnum singuli interficerentur, inermes, ab hospitibus! (Fredegar. IX, 71).

634 — 687 Bulgari dominantur a Palude Maeotide per Daciam, Pannoniam, Moesiam. Imo brevi etiam per Dardaniam, Macedoniam, Thessaliam.

746 — 799 Slavi in Peloponneso sedentes, censum annuum solvunt ecclesiae S. Andreae Patrensi. 765—80

---

utcunque fuerit, aequalem Methodii, quidni vel ipsum Richbaldum, diversas hujus negotii schedas obiter quidem disposuisse, quia tamen suam compilationem denuo examinaverit diligentius.

1) Ponamus vera narrare Constantinum, certe presbyteri hi aut ex eadem Francia, inter Venetiam et Chrobatiam intermedia, ex qua postea Martinus podagricus, i. e. Carniola aut ipsi fuerint, aut interpretibus Carniolis usi; utpote Croatis idem plane cum his lexicon vocum christianarum habentibus bavarocarantanicum.

Nicetas Slavus patriarcha Constantinopoli: Damianus Slavus primarius imperatoris minister; hujus populari et successori Basilio 867 obtigit ipsum imperium.

A. D. 748 Valduchi Justi successor nescio quotus, Boruth, adjutus contra Avares a Bavaris, his ipsis fit obnoxius, obsidesque dat filium Cacatium, et nepotem Chetumarum, quos Christiano more vult educari.

750 Moritur Boruth. Slavis Francorum jussu a Bavaris remittitur dux Cacatius „christianus factus".

753 Moritur dux Cacatius. Slavis remittitur Boruti Nepos Chetumarus dux.

769 Moritur et Chettumar. Horum uterque Virgilium Salisb. episcopum saepius rogaverat, ut inviseret gentem illam. Frustra. Putes, Virgilium metuisse vim partis Slavorum gentilium, qui bis terve moverant seditionem, „quam carmulam dicebant Bavari". Misit tamen suo loco Modestum episcopum cum presbyteris, diaconis et clericis: itemque alios fato functo Modesto. Ecclesias in Carantanis jam tunc temporis dedicatas habes in Anonymo nostro. Sunt omnes in Carinthia hodierna.

770 Aguntum Raetiae oppidum dux Tassilo donat monasterio Scarantiensi, ut inde ad Slavorum gentem remittantur evangelii praedicatores.

Similiter fundatur monasterium Cremifanense in Norico in opposito fine Slavorum Pannonicorum Norici.

771 Carolus Magnus solus imperat universis Francis.

772 In Carantanis sedata carmula iterum dux creatur Waldunc (II?).

774 Carolus M. delet Longobardorum regnum in Italia.

776 — — Forojulienses duces Longobardorum.

788 — — Tassilonem ducem Bavarorum. Subigit Istriam, Liburniam, Dalmatiae partem, exceptis civitatibus maritimis remotioribus. Istriae et Liburniae praeficit ducem Joannem.

791 Carolus M. confirmat monachos Cremifanenses. Ad Anasam fl. parat expeditionem in Hunos.

796 Per ducem suum Forojuliensem Aericum cum Wonomiro Sclavo, et Pippinum filium ubique debellat Hunos, capto eorum regio ringo (circulo) cum ingentibus thesauris. Praecipuam in hoc bello ipse Carolus Fastradae uxori laudat operam episcopi Aquilejensis, ducum Aerici et Joannis, reliquorumque comitum et vassorum harum partium. Vacuam, si quidem Eginardo credimus, habitatore Pannoniam „habitare coeperunt Sclavi et Bawarii, et multiplicari".

798 Arn Archiepiscopus Salisb. a Carolo mittitur per totam Pannoniam ad dispiciendam et ordinandam rem sacram: quae committitur Theoderico episcopo sub auspiciis Salisburgensis Archiepiscopi.

821 Mortuo Theoderico Pannoniae chorepiscopo ab Adalrammo sufficitur Otto episcopus. Carantanis propriis praeest Osbaldus episcopus, sub Liuprammo et Adalwino (A. 839 — 869?).

822 Croatae Dalmatiae subtrahunt se Francorum „servitio".

A. D. 823 — 828 De limitibus in Pannonia inter Bulgaros et Francos disceptatio et bellum.

824 Moimir dux Moravorum in decretali Eugenii papae II.

c. 830 Privina „exulatus a Moimaro duce venit supra Danubium ad Ratbodum comitem, qui eum praesentat Regi Ludovico, baptizatque in curte Salisb. Treisma". Privinae in beneficium dantur ampla praedia in Pannonia inferiore. Unde jure suspiceris, Ratbodum fuisse „exulationis" causam.

836 Adalramnus Archiep. Privinae ecclesiam in Nitrava ultra Danubium consecrat.

840 Liuprammus Archiep. Privinae aedificaturo civitatem in nemore et palude Salae fl. mittit „magistros de Salzburg muratores et pictores, fabros et lignarios".

845 Ratisbonae baptizantur 14 duces Bohemorum.

845 — 852 Bulgaris bene convenit cum Ludovico Germanico.

— Liuprammus consecrat ecclesiam in civitate Privinae.

846 Ludovicus Rex dat Moraviae ducatum Rastici Winido, nepoti Moimari.

855 Falso huic anno tribuit inventionem litterarum slovinicarum Dobrovius, ob indictionem III, longe aptius ex ceteris adjunctis assignandam A. 870.

857 Photius patriarcha. Hunc olim amicum suum paulo ante severe reprehenderat Constantinus philosophus de duplici hominis anima. Hinc Photii odium in Nostrum, hujusque paratior e Graecia emigratio!

— Theodora Imperatrix abit in monasterium. Hinc filius Michael III, quicum illa ab A. 842 — 857 diviserat imperium, solus regnat.

— 14. Apr. Nicolaus I. adit pontificatum. Per epistolam A. 860 frustra repetit antiqua Romanae sedis jura in Thessalonicensem Episcopatum, qui Romanae sedis vicem gerebat per Epirum veterem et novam, Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achajam, Dacias, Moesias, Dardaniam, Praevalim.

558 Constantinus philosophus in Chazariam abit missionarius; invenit et aufert reliquias S. Clementis papae.

861 Rastices adjuvat Carolomannum rebellem Ludovici R. filium. Privina occiditur a Maravis.

862 Rastices cum Cozili Privinae filio et successore, aut vocant Graecos Constantinum et Methodium, seu sponte venientes lubenter accipiunt apostolos.

864 Rasticis munitissimum castrum Devina (hodie Theben ad Moravi et Danubii confluentes) frustra obsidetur a Bavaris. Pax [1]).

865 Adalwin in castro Hezilonis, noviter Moseburg vocato. (Male dicit Dobrovius, prius nomen fuisse Salaburg. Tolerabilius est alterum, quod nullo quidem teste proponit nomen, Belgrad sive Welgrad. Anonymus nonnisi Privinae civitatem appellat, tum novum edit sub Adalwino nomen Moseburg, cujus apud Fuldensium

---

1) Ad hunc annum pertinere videtur contentum membranae a prof. Monse inventae Olomucii, nobisque communicatae a prof. Ant. BOЧEK, ineditae, quae sic habet: „In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Innotescat omnibus Christi cultoribus, qualiter ego Severus dei gratia ecclesiae Pragensis episcopus, vidi quandam chartulam mihi a decano et capellanis sancti Petri in Olomutis exhibitam, eamque vetustam esse agnovi et perlegi in haec verba – Ratis dux tradidit in die consecrationis ecclesiae S. Petri per venerabilem fratrem Kyrillum omnes homines castelli et civitatis ad ripam usque Marave fluvii. — Zuatoplk vero dux tradidit ad altare S. Petri in manus sacerdotis Ioannis sextam partem omnium quaecunque in supa olomutici ad castellum proveniunt. — Et ego frater sylvester scripsi haec feliciter. Amen. Quoniam vero haec chartula nimis parva et sigilli incapax existebat, quin immo humore et macerie non modice laesa cernebatur, ego praefatus dei gratia episcopus eandem, utpote pium et post vastationem hungarorum unicum superstes monumentum christianitatis coeptae propria manu depixi (*sic*) et Otto dux moraviensis, ad cuius voluntatem hoc feci, paginam meam suo sigillo ipse hilariter roboravit.

annalium continuatorem ad A. 890, latina videtur interpretatio: urbs Paludarum. Môs enim Bavaris idem est, quod Saxonibus Môr, i. e. locus palustris.

866 Bogoris rex Bulgarorum „noviter conversus ad fidem christianam", mittit Romam et in Bavariam, petens sacerdotes.

867 Occiditur Michael III indignus imperator. Basilius Macedo regnat. Photius dejicitur 25. Sept.

867, 13 Nov. Moritur Nicolaus papa, qui Constantinum et Methodium evocaverat Romam. Advenientes illos excipit novus a 14. Dec. papa Adrianus, qui utrumque consecrat episcopum. Sed Constantinus (factus monachus Cyrillus) A. 868, 13. Febr. moritur Romae; Methodius solus abit in Pannoniam.

869 Vocatio Bulgarorum secundum Dobrovii Cyrillum p. 47. Putes intelligi illorum ad graeci patriarchae obedientiam transitum.

— Rastices victus a Carolomanno, nepote Rasticis, Zuentipulch, suis rebus consulente.

870 Rasticem sibi insidiantem capit Zuentipulch, vinctumque tradit Bavaris, mox excoecandum.

— Methodius „missam canit Slavina lingua". Richbaldus archipresbyter Salisb. in Moseburg, „non ferens vilescere missam latinam prae slavina", sedem repetit Salisburgensem. At certe manserint in statione latini presbyteri reliqui per loca Bavaris habitata colonis in Salapiug, Lindolves Kirchen etc.

871 Suspectus ipse Svatopluk capitur a Bavaris, cum infidelitas illius non posset ostendi, cum exercitu [...]varico remittitur ad recipiendum regnum. At ille Ba[...] decipit „sclavisco more", comitesque Bavaros m[...] prodit.

872—873 Gliscit bellum inter Bavaros et Svato[...]

874 Fit pax procurante Suatopluci legato, Joa[...] presbytero de Venetia; Svatopluco promittente cen[...] annuum. Svatopluk carissimus Arnulpho, cujus filium [...] nomine Zuentibaldum levat a sacro fonte.

873 Scribitur libellus Anonymi pro Salisburgensi[...] juribus in Pannoniam, periclitantibus immisso ab [...] Papa graeco Methodio.

874. Joh. VIII novus ab A. 872 papa, scribit ad C[...]rolomannum Carantani ducem, ejusque patrem Ludovic[...] Bavariae regem, de Methodio suo in Pannonia Archiep[...]copo. Et ad Croatarum ducem Muntimirum, „ut ad Pa[...]noniensis episcopi Methodii pastoralem revertatur soli[...]tudinem". Putes eum propendisse ad Constantinopolitan[...]

875 Scribit Anastasius bibliothecarius 1. Apr. ad C[...]rolum Calvum Franciae regem, de S. Clementis reliqui[...] adlatis Romam sub Adriano papa (A. 867 — 872). Notu[...] est, eas e Chersone insula per Chazariam Bulgariam[...] et Pannoniam advexisse nostrum Constantinum, postea C[...]rillum dictum in monachatu, mortuumque Romae 868.

877—879 Moritur Ignatius patriarcha. Succedit Photi[...] jure meliori. Cf. Joh. VIII de hac re epistolas 199—205 [1].

1) Juverit hic Johannis VIII papae argumenta sub unum obtutum sistere epistolarum huc spectantium, quotquot hucusque innotuere; unius etiam ex amici communicatione a nobis nunc primum addito fragmento in fine. Patebit hinc ingens utriusque partis aemulae contentio populorumque Slavicorum a mari ad mare continua agitatio.

A. D. 878 (indict. XI, Apr. XVI). Johannes VIII, epistolis 75—81, missis per Eugenium et Paulum epp. ad Michaelem regem Bulgarorum: Dolet quod Graecos sequatur; hortatur ad Romanae ecclesiae gremium redeat; tum de dono misso gratias agit; postremo Sergium quemdam per subreptionem ad sacerdotium et episcopatum Belgradensem promotum, depositum esse significat.

— die eodem: Petrum comitem regis Bulgariae, hortatur, ut Regem ad Romanae ecclesiae gremium revocet.

— die eodem. (Propinquum aliquem regis) salutat de eodem argumento.

— die eodem. Ad Ignatium patriarcham. Tertio jam commonet, ne Bulgarum regionem ad ecclesiam Romanam antiquitus pertinentem usurpet, et sive a se sive a suis suffraganeis in ea consecratos episcopos intra 30 dies illinc educat; et nisi post duos menses paruerit, dominici corporis, et sanguinis communione, et si perseveraverit in contumacia, patriarchali etiam dignitate privat.

— eodem die. Ad Episcopos et clericos graecos. Declarat idem quod Ignatio. Ceterum qui paruerit, restituendum ei episcopatum decernit quem in Graecia habebat. Et si nullum antea habebat, vacantem, si dignus est, eidem conferri jubet.

— eodem die. Ad Basilium imperatorem. Dolet Constantinopolitanam ecclesiam schismate adhuc laborare: qua de re legatos mittit.

— die eodem. Ad eundem, ut legatis a se missis fidem habeat, et opem ferat Romanae ecclesiae. (Sunt ergo litterae, quales hodie creditivas vocant, legatorum).

879 (VI. Non. Maji, ind. XII) Epist. 174, 175, 176. Ad Michaelem regem Bulgarorum. Hortatur ut ad obedientiam Romanae ecclesiae, a qua seductus recesserat, cum sua gente revertatur.

— die eodem. Ad consiliarios Regis. De eodem argumento.

— die eodem. Ad Sedesclavum gloriosum Slavorum comitem. Praecipit ut legato, quem ad regem Bulgarorum mittit, iter tutum praebeat, et necessaria suppeditet.

879 (IV die mensis Junii, ind. XII). Epist. 183. Ad Theodosium electum episcopum Nonensem: Laudat ejus erga Rom. ecclesiae observantiam et praeclaras ejus virtutes: testatur suam in eum benevolentiam: monet ut a se consecrationem episcopalem accipiat (Non e. g. a Constantinopolitano, aut Aquilejensi).

— (die VII mensis Junii, ind. XII), Epist. 184: Ad Branimirum (Croatarum regem): suscipit eum ad Romanae ecclesiae gremium redeuntem: monet ut in Dei amore perseveret: impartitur benedictionem apostolicam, quam petierat: hortatur ut permittat legatum suum Joannem presbyterum epistolam (ad regem) Bulgarorum deferre.

— (die eodem ind. XII). Ep. 185 Ad sacerdotes et populum Branimiro subjectos. Excipit eos ad Rom. eccl. gremium redeuntes: monet ut perseverent.

— (VI id. Jun. ind. XII). Ep. 189. Ad Michaelem regem Bulgarorum. Agit Deo gratias quod legatos ad se miserit, doctrinam ecclesiasticam et canonica instituta recepturos: hortatur, ut ad Rom. ecclesiam redeat; et si ei placuerit, se ei legatum missurum pollicetur.

— (die X mensis Jun. ind. XII). Epist. 190. Ad Salonitanos clericos. Monet ut „nil dubitantes de parte Graecorum vel Sclavorum" ad gremium Rom. eccl. revertantur; et electus ab eis archiepiscopus consecrationem et pallium a se, et non ab alio accipiat: utque legato quaedam verbis relaturo fidem adhibeant.

— (XVIII. Kal. Jul. ind. XII) Ep. 192. Ad Michaelem regem Bulgarorum. De legatione ac muneribus missis gratias agit: dolet eum defecisse ab eccl. Rom. ad quam monet ut revertatur: ostendit graecos Bulgarorum dioecesim, cum sit Romani pontificis, contra canones detinere.

— (die et indict. iisdem). Ep. 194. Ad Tuventarum de Marawa. Hortatur ut omnem falsam doctrinam rejiciens in Rom. Ecclesiae fide maneat; miratur Methodium aliter, quam fuerat professus, docere; et propterea ad se vocatum significat.

— (die et indict. iisdem). Ep. 195. Ad Methodium Archiepiscopum Pannoniensem: Praecipit, ut ad se veniat, ut de ejus doctrina cognoscere possit. Missas slavinica lingua celebrari prohibet.

880. (mense Junio, ind. XIII) Ep. 247. Ad Sfentopulchum comitem. Gratulatur de ejus et subditorum illius observantia erga sedem apostolicam: recipit eos in fidem suam: ostendit Methodium archiepiscopum orthodoxam fidem fuisse professum; cujus jura et privilegia confirmat, eumque ad eos regendos remittit. Nitriensis ecclesiae episcopum (Wichinum) consecratum significat, et alium ad se vult

879 Subscribit Photii synodo Agathon τῶν μωρόζων (inferiorum?) episcopus.

880. Methodius Romam pergit cum Slavorum legatis, etiam Svatopluci Zemizizno. Suam fidem et liturgiam slavicam probat summo pontifici. Remittitur in Pannoniam cum approbatione et commendatione papae. Wichingum Alemannum, Nitriae ultra Danubium episcopum a Papa consecratum accipit suffraganeum, tertiumque postulat sibi dirigi papa, ut sic per tres hos episcopos, Methodium scilicet archiepiscopum et Wichingum cum tertio canonice et alii in ipsa hac instaurata Pannoniae et Illyrici Daciaeque transdanubianae metropoli, quotquot postmodum obvenerint, ordinentur. Quas spes omnes turbo mox hungaricus converret misere, attamen resurrecturas postliminio longe etiam ampliores.

881. Joh. VIII consolatur Methodium de calumniis Wichingi, huncque mendacii arguit. Fuit hic Wichingus, seu Wichinus, seu ut graecus illum vocat S. Clementis biographus slavice potius Vichnicus, homo turbulentus et ambitiosus, ipsisque Bavaris invisus. Nam cum se A. 894 Arnulpho insinuasset pro Cancellario, isque eum creasset episcopum Passaviensem, A. 899 dejectus est ex illa sede a Salisburgensi Archiepiscopo.

882 — 884 Iterum inimicantur Arnulphus et Svatopluk. Tantusque erat Svatopluci exercitus, „ut uno in loco a solis ortu usque ad vesperum per integrum diem sibi succederent illius milites transeuntes. Dux Slavorum inter „Dravo et Savo" flumina, Brazlavo, tunc stabat ab Arnulpho. — Johannes VIII papa a propinquis suis veneno et malleo interficitur.

884 Pax inter Carolum Calvum Imperatorem et Svatoplucum in Tullina (Austriae). Nunc non amplius est dubium Svatopluco et Pannoniae partem fuisse concessam, cum Fuldensis continuator ad 901 Caruntanum vocet Moraviae regni partem australem.

884 Methodius consecrat ecclesiam SS. Petri et Pauli Brunae (ipsa membranae verba habes supra §. XXXV). Nec ergo e vita decesserat, A. 881, nec e Moravia; imo secundum omnes biographos, graecos et slavos, 884-894 mortuus est in Moravis, „in quorum magna ecclesia fuit sepultus".

885 In pacem cum Arnulpho factam jurant Svatopluco Bavariae principes.

886 Arnulphum ferunt „Suatopluco concessisse marcam dictam Avaricam". (Certe Suatopluci Magnae Moraviae regis potentia post centum adhuc annos resonat in Constantino Porphyrogenito, imo et in ipso Germano, propiore loco et tempore remotiore, Diethmaro Merseburgensi episcopo). Arnulphus filium sibi ex pellice natum a Suatopluco voluit de sacro fonte levari, ex illoque vocari Zuentibaldum. Tanta erat amborum mutua necessitudo. Sperabatque Arnulphus, sibi successurum hunc nothum filium, prout et ipse nothus successerat Carolomanno: sed subnato sibi interea e legitima conjuge filio Ludovico (Infante), spurio procuravit Lotharingiae ducatum.

886 Moritur Basilius Imperator. Succedit filius Leo Sapiens. Photius iterum dejicitur relegaturque in monasterium. Patriarcha fit Stephanus, Leonis imp. frater.

887 Germani Arnulphum Carolomanni ex pellice filium sibi eligunt regem, annos tum natum 38.

888 Symeon, rex Bulgarorum, Aristotelis non ignarus, Byzantinis bellum infert ob laesum Slavorum Thessalonicae commercium. Graeci contra, Hungaros in Atelcuzu sedentes in Bulgaros conducunt; hi vicissim Pacinacitas in illos. Sic turbatis undique rebus Arnulphus „Pannoniam cum urbe Paludarum" ad lacum Balaton, commendat duci suo Brazlavoni A. 896.

890 Arnulphus Suatopluco regi dat Bohemiae ducatum.

891 Arnulphus legatos mittit ad Suatoplucum ad firmandam pacem.

892 Arnulphus iratus Suatopluco, praeter Brazlavonem et Bulgaros, novos etiam in Europam advenas Hungaros in illum conducit. Horrenda Pannoniae vastitas: „in tota Pannonia, nostra maxima provincia, non una apparet ecclesia". cf. supra p. IX.

893. Suatoplucus dat obsidem filium proprium.

894 Moritur Suatoplucus, diviso inter ambos filios, Moimarum et Suatoplucum, regno, mox perituro nutritâ et a vicinis fraterna discordia et Hungarorum a Pacinacitis ex Atelcuzu ejectorum invasione.

899 Bellum inter Suatopluci filios, quorum alteri succurrunt Bavari.

900 Bavariae episcopi, „Theotmarus Juvav. eccl. archiep., Waldo Frisingensis, Erchenbaldus Eystatensis, Zacharias Sabionensis, Tutto Ratisbonensis, Richarius Pataviensis, nec non universus clerus et populus christianus per totam Noricam quae et Bavaria vocatur" lamentantur de papa, qui unum episcopatum Pataviensem in quinque divisisset, missis Roma in Moraviam tribus episcopis, qui intrantes „in papae nomine denuo ordinarint unum archiepiscopum et tres episcopos". De Pata-

mitti, quem alii ecclesiae praeficiat („ut cum his duobus a nobis ordinatis episcopis praefatus archiepiscopus vester per alia loca, in quibus episcopi honorifice debent et possunt existere, postmodum valeat ordinare"). Jubet omnes ipsi archiepiscopo Methodio obedire: concedit ut divina officia sclavinica lingua recitari possint, dummodo evangelium honorificentiae causa latine prius recitetur.

881. (XI. Kal. Apr. ind. XIV). Ep. 268. Ad Methodium archiepiscopum. Gratulatur de orthodoxae fidei cultu, et de ejus erga religionem studio et cura: precatur in dies spiritualem profectum majorem, eumque consolatur (de machinationibus Wichini).

Sine die et anno. Ep. 284. Ad Barnimerum comitem, sacerdotes etc. Ostendit sibi gratissimam fuisse eorum in sedem apostolicam observantiam; hortatur ad perseverantiam: jubet legatos ad se mitti, quibus revertentibus legatum suum se missurum pollicetur, cui ipsi fidelitatem juxta ecclesiae ritum promittant.

Sine die et anno. Ep. 287. Ad Michaelem Regem Bulgarorum. Miratur, quod legatos non miserit; monet ut id quam primum faciat.

Sine die et anno. Ep. 297. Ad Michaelem Regem Bulgarorum. Hortatur ut ad fidem et obedientiam Rom. Ecclesiae redeat, et legatos mittat.

Sine die et anno. Ep. 512: „Joannes VIII Michaeli Regi Bulgarorum. „Si ab his quos excommunicatos habebamus, sacramenta quaecumque suscipitis, constat quia idololatriam, non ut catholici essetis, sed ut schismatici efficeremini, dereliquisse videmini."

881 Joh. VIII ex concilio III apud Ravennam: Cozili comiti, de his qui uxores suas dimiserint vel ad alias illis viventibus migraverint (nuptias). (Nunc primum editur e membr. Capituli Olomucensis). „Porro eos, qui uxores suas dimiserint, illis ad ad alias viventibus migraverint nuptias, tamdiu cum consentaneis eorum excommunicamus, quousque posterioribus remotis priores poenitendo receperint. Sicut enim nuptiae a Deo, ita divortium a diabolo est, teste S. Augustino, repertum. Quod enim conjunxit Deus, homo non separet. Praecipue cum haec pessima consuetudo ex paganorum more remanserit, quorum in talibus non alius nisi ipse diabolus erat magister et auctor." Annus concilii III. convenit nostro Cozili, et cf. infra p. 4, versu 120 seqq. sermonis I. additamentum notabile interpretis Slavi in eandem sententiam.

viensis tantum episcopatûs parte transdanubiana queruntur, Pannonia scilicet jam ita vastata per Hungaros, ut in ea „maxima provincia non ulla appareret ecclesia". Negant se Hungaris, „ut in Italiam transirent pecuniam dedisse pretiosae alicujus substantiae, sed tantum sua linea vestimenta donasse quatenus eorum aliquoties virilitatem demulcerent". Est dignissima quae legatur integra haec lamentatio, tam pro historia Slavorum quam Germanorum et Hungarorum.

901 Pax cum Moravis, quorum interim „partem australem, Caruntanum", invadunt novas sedes quaerentes Hunni; Germaniae rege pucro (juvenculo novenni) de Carantano tanquam re aliena minime sollicito Ratisbonâ per Alemanniam pergente in Franciam.

CONCLUSIO.

In hac praefatione, praeter historiam codicis Cloziani, duo nobis proposueramus philologiae Slavicae capita illustrare extraque omnem, si quidem possemus, dubitationem ponere. Primum: alphabetum nunc dictum glagoliticum hodieque Slavorum tantum ritus latini reliquiis per Istriam Dalmatiamque quasi proprium, si minus antiquius, at saltem aequale esse antiquitate cyrilliano; olimque merito fuisse vocatum bulgaricum „abecenarium", et communi passim jure cum cyrilliano cis Danubium per omne late Illyricum fuisse dominatum. Alterum: dialectum Slavorum utriusque ritûs sacram, nunc emortuam, seculo nono fuisse vernaculam S. Methodii archiepiscopi Pannoniensis dioecesanorum, Slavorum nimirum Pannoniae, seu (ut passim vocantur illius aevi annalium scriptoribus) Carantani, pluribus ante S. Methodium et Cyrillum fratres seculis per missionarios alemannos seu bavaros christianis sacris initiatorum. Hanc ergo suae dioeceseos dialectum slavicam S. Methodium A. 870 in Pannonia primum evexisse ad aras, mox ingenti Slavorum reliquorum omnium applausu exceptam, primaeque patriae per Hungarorum vastitatem exulem pupillam paratum receptum habuisse apud cognatos Bulgaros, Croatas, Serbos tandemque Russos, e quorum singulorum commercio etiam traxisse complura, quae ignorasset in Pannonia, et vicissim amisisse profugam quae domi habuisset.

In cujus utriusque capitis summâ quo longius a summi Dobrovii δευτέρων φροντίδων et quasi testamentaria sententia discedimus (ille enim alphabeti glagolitici excogitationem seculo XIII assignat, linguam vero sacram Thessalonicensibus Slavis), hoc impensius nobis rogandus es, candide lector, ut et tua ipsius et nostra causa sine ira et studio examines vim et pondus adlatorum utrinque argumentorum. Equidem in his etiam, sicut in reliquis omnibus,

Quid VERUM atque DECENS curo et rogo et omnis in hoc sum.

Neque veremur, ne apud aequos judices nobis officiat patria Carniola, ad cujus utpote Carantani et Pannoniae particulae gloriam haec conemur adstruere. Repetimusque, nos religiose quaesisse VERUM, paratos transire in contrariam sententiam, si quis nostris funditus eversis meliora pro ea attulerit argumenta. Quod interim tantum abest ut fieri posse credamus, ut potius confidamus quovis novo sive philologico sive historico codice emergente nostram de utraque quaestione sententiam confirmatum iri. Est igitur veris Criticis sive linguae sive historiae palma proposita, minime tamen ea declamationis aut sycophantiae, sed rationum et argumentorum. Jamque lector

Vive, vale. SI QUID NOVISTI RECTIUS ISTIS,
CANDIDUS IMPERTI; SI NON, HIS UTERE MECUM.

Sed haec utcunque fuerint examinaturus per otium, tu interea ingredere in templum slavicum, auscultaturus Chrysostomum slavice perorantem!

GLAGOLITA
CLOZIANUS
ACCURATE TRANSCRIPTUS

LITTERIS CYRILLIANIS

USITATIORIBUS.

INTERPUNCTIO CODICIS.

ѹгобитєблагодѣть · занєтаковомъотрокмъ ·
остоинибъистєоци · ижєитаїхъжєнєвѣдѣ
ѫстарци · бмъ наоучєнивъспѣша · обрати
єсрьдцавашакъчадомъ · инєсъмѣжитєо
ъювашєюкъистинѣ · аштєлїєстєтиждє
ами · иашютъєстєлоучъшємладѣнєць ·
ивамъкѫдѫтъсѫдьѩпогноусловєси ·
обрѣоубосєгорадипрогласи · овасъисаиѣ
ророкъгла · нєнъинѣпостъидитсанѣко
ъ · нинъинѣлицапрѣложитъиль · нъєгда
узьратъчаданихъдѣламоѣ · мєнєради
батъимамоє · иостатъдомъїѣковль ·
ибаилваоубоѩтъса · иразоумѣѭтъдхо
мьблѫдаштєї разоумъ · арьпъштѫштєи
наоучатъсапослоушатї · иѩзъицивлъ
снѫштєи · наоучатъсаглатїмиръ · слъи
шишїлипророка · ѡнєсъмъислъниср
дьцємьжидовинє · какоиспръваглєтъпротї
блєньєвашєнаоучиса · отънєго · какобоочєнѫ
пѣсньчадъвашихъ · ѣкои блажєнъидадъ
проповѣдѣ · изоустъмладєнєчъисъсѫштї
хъсъвръшилъєсихвалѫ · ѣкооубоисвоѣча
датворащєтакоиприложитєсасвѧтъини
їхъибжиразоумѣ · аштєлижєкъживото
любьци · инєнавидаштєдобра · съчєсть
ѭиотрокъинамъ дадитє · имъисъни
мївъспоємъновъимьѩзъикомьпѣснь
єванꙉлскѫѭбонаоучєноуѭбооугодънѫ ·
итїнамъзачънѫтъ · итїпрогласатъно
воѭпѣснь · єїжєѩгьнаоучилъєстъсибо
єстъдьнисємоучєсть · иногдабосумєонъ
сърѣтєха · инарѫкоупрїѩтъпрѣвѣчънагоба ·
ѣкомладѣньць · ибаблагословїстарць ·
дьнєсьжєвъстаръихъмѣсто · нєсъмъи
слънъихъотроцисърѣтѫспситєлѣ · ѣкосу
мєонъ · ивѣтвьєпостилаша · иѣкобаблгсвї
шасадаштагонажрѣбатє · ѣкоинапрѣстолѣхє
роувимьсцѣмь · ѡсанасноудвъглѫштє ·
блгнъградаивъимагнє · блгнъградаибъотъ
ба · прѣвѣчънъицръславънъи · ооубожаваи

DISTINCTIO EDITORIS.

соугобитє благодѣть; занє таковомъ отрокмъ
достоини бъистє оци, ижє и та їхъжє нє вѣдѣ-
хѫ старци, бмъ наоучєни въспѣша . обрати-
тє срьдца ваша къ чадомъ, и нє съмѣжитє о-
чъю вашєю къ истинѣ . аштєлї єстє тиждє
сами, и ашютъ єстє лоучъшє младѣнєць,
ти вамъ кѫдѫтъ сѫдьѩ, по гноу словєси .
добрѣ оубо сєго ради прогласи о васъ исаиѣ
пророкъ гла: нє нъинѣ постъидитса нѣко-
въ, ни нъинѣ лица прѣложитъ иль: нъ єгда
оузьратъ чада ихъ дѣла моѣ, мєнє ради
свѧтъ има моє, и остатъ домъ їѣковль,
и ба илва оубоѩтъса; и разоумѣѭтъ, дхо-
мь блѫдаштєї, разоумъ . а рьпъштѫштєи
наоучатъса послоушатї . и ѩзъици блъ-
снѫштєи наоучатъса глатї миръ . слъи-
шишї ли пророка, ѡ нєсъмъислъни срь-
дьцємь жидовинє! како испръва глєтъ протї-
блєньє вашє; наоучиса отъ нєго, како боочєнѫ
пѣснь чадъ вашихъ . ѣко и блажєнъи дадъ
проповѣдѣ: изоустъ младєнєчъ и съсѫштї-
хъ съвръшилъ єси хвалѫ . ѣко оубо и своѣ ча-
да твораштє тако и приложитє са свѧтъини
їхъ и бжи разоумѣ . аштєлижє къ живото-
любьци, и нєнавидаштє добра, съ чєсть-
ѭ и отрокъи намъ дадитє; и мъи съ ни-
мї въспоємъ новъимь ѩзъикомь пѣснь
єванꙉлскѫѭ, бонаоучєноуѭ, бооугодънѫ .
и тї намъ зачънѫтъ, и тї прогласатъ но-
воѭ пѣснь, єїжє ѩ гь наоучилъ єстъ . си бо
єстъ дьни сємоу чєсть . иногда бо сумєонъ
сърѣтє ха, и на рѫкоу прїѩтъ прѣвѣчънаго ба,
ѣко младѣньць, и ба благословї старць .
дьнєсь жє, въ старъихъ мѣсто нєсъмъи-
слънъихъ, отроци сърѣтѫ спситєлѣ, ѣко су-
мєонъ, и вѣтвьє постилаша, и ѣко ба блгсвї-
ша, садаштаго на жрѣбатє, ѣко и на прѣстолѣ хє-
роувимьсцѣмь . ѡсана сноу двъ глѫштє .
блгнъ градаи въ има гнє . блгнъ градаи бъ отъ
ба . прѣвѣчънъи цръ славънъи . ооубожаваи

ADNOTATIUNCULAE CRITICAE.

Lin. 1. Sic: соугобитє pro соугоубитє? — благодѣть (gratiam) prodit, interpretem nostrum pro recto χαράν (gaudium) hic legisse χάριν. — отрокмъ, defectu puto spatii, pro отрокомъ. — 19. боочєнѫ pro боочєнѫ. — 21. изоустъ sine ъ post из. — 24. къ животолюбьци certo errore librarii, sed medela incerta cum et graecus variet. — 28. Sic: hic et alias, evangelica dicit angelica. — бонаоучєноуѭ pro -нѫѭ? Et mox l. 30. новоѭ pro, новѫѭ? — 40. славънъи, ubi славъи expectes, τῆς δόξης.

INTERPUNCTIO CODICIS.

ибратра · ничадо · нидроуга · ниїногоникоегоже ·
обрѣвѣдѫште · ипомъишлѣѭште · ежеевъ
бж҃изаконъ · въпсаногл҃аноц҃юсвоемоу · имте
ꙗсвоеи · невѣдѣхъта · ибратрьꙗсвоеꙗнепо
нахъ · исн҃ъисвоꙗнеразоумѣхъ · законатвое
орадисъхранихъправъдъитвоꙗ · потомьже
еевъпсановъст҃аевн҃льѣ · любаноц҃али
ꙗтерьпачемене · нѣстъмїнаподобѫ · засе
орадидлъженъестъвьсѣкъкназъ · необиноу
ꙗвьсѣхь · ижеподъвластьꙗемоубж҃ї
тъихоузаконъ · ипророкомънаап҃омъ · ибла
женъимъоц҃емъпрооучатї · ивьсѣмънавь
ѣкъдень · запрѣштатїнеобидѣти · когоне
моштьнѣишихъ · нипоганъскъетеръобъича
исъдѣатї · нипоганъскъиꙗприсагъи · и
лиїночътоблѫдаште · ниединобоприча
стьесвѣтоукътъмѣ · исн҃омъсвѣтоу
кръстьѣномъ · ипоганомъ · ст҃оекръстенье
въчъстьвельꙗимѣти · анеоукоризнѣ
творитье · икъмотрамїсвоими · идъ
штерьмїижеотъст҃агокръштеньѣнесъ
мѣшатїсꙗ · вьсебосест҃ивьсемоумї
роуобьштїсънъмипроклалисѧтъ · нъи
позьраштаꙗїхъкъназатаковьсаꙗбе
штиница · инеѣкоподобаетъпоказаѭ
штихъ · съдостоѣноуемоупостоу · въра
зличеньепрокленьшевъвѣчънъиогнь ·
отъвръгѫсꙗбратьѣ · въст҃оеисп҃саѭ
штеекръштеньедлъженъестъ · вьсѣкъкръ
штенъсъстрахомъ · итрепетомьхранитї ·
тожест҃оумоуиблаженоумоупавълоуап҃лоу
гл҃ѭштюкъвѣрънъмъ · любодѣаньеже
ивьсѣканечистотавъвасъданеименоу
етъсꙗ · ѣкожеподобаетъст҃ъимъ · инкъ
тожевасъданеслъишитътъштимїсло
весъи · нелюбодѣибониклеветьници ·
ниобидьливїц҃рствиебж҃иенаслѣдъствоу
ѭтъ · сихъборадиградетъ · гнѣвъбж҃и · на
сн҃ъипротивънъиꙗ · длъженъестъвьсѣ
къкръштенъи · самъсебечистахранїтї ·

DISTINCTIO EDITORIS.

Lin. 643. ѣкоже естъ поставилъ день вьньже хоштетъ сѫдити въ вьсеи земи правъдоѭ мѫжемъ имъже нарече вѣрѫ дати вьсѣмъ, въскрѣшъ из мрътвъихъ.	(Act. 17. 31.): зане уставилъ есть день, въ оньже *) хощетъ судити вселеннѣй въ правдѣ, ѡ мужѣ, егоже предустави, вѣру подалъ всѣмъ воскресивъ его ѿ мертвыхъ.
Lin. 663. помѣни мѧ гі҃ въ цр҃ствии твоемь.	(Luc. 23, 42.): помяни мя Гд҃и, егда пріидеши во цр҃ствіи си.
Lin. 921. поздѣже бъившю приде чловѣкъ богатъ.	(Matth. 27, 57.): поздѣже бывшу пріиде чл҃вѣкъ богатъ ѿ Арімаѳеа (*sic*), именемъ Іѡсифъ.

APPENDIX.

Mentionem fecimus praef. p. X. psalterii cyrillianis litteris exarati, at initialibus nonnullis glagoliticis, membranacei sec. ·XI· (Huicque seculo codicem deputavit non cupidior fortasse cimelii sui dominus, sed peritissimus talium thesaurorum aestimator omni exceptione major Al. Vostokovius. Unde necessario consequitur, prout jam supra docuimus, litteras glagoliticas, utpote quae jam in codice sec. XI habeantur, falso dici excogitatas seculo demum XIII—XIV). Sed en tibi jam etiam hujus psalterii specimen, folium nobiscum communicatum a doctissimo Petro Köppen, parentibus Chattis prognato in Russia Germano, „doctoque sermones utriusque linguae". Est fragmentum ps. CIII, 1—11, cum brevi expositione allegorica, qualem et Bononiensi codici, ejusdem fortasse aetatis, inesse suspicatur Vostokovius, in ipsis codicibus tam slavico quam graecis ineditis tributam S. Athanasio; non tamen diserte S. Athanasio Magno seu Alexandrino, sed aut alii cuicumque demum S. Athanasio recentiori, aut cum Montefalconio S. nescio itidem cui Cyrillo tribuendam. Invenimus tandem ejusdem expositionis tertium codicem, membranaceum, seculi XII—XIII, in ipsa Caesarea Bibliotheca. Isque codex Caesareus disertis verbis hanc ἐξήγησιν dicit esse Origenis. Ex hoc ergo insperato fortunae dono habes hic simul ineditum archetypon graecum e Caesareo codice, collatum cum Ambrosiano Ill[mi] Car. Oct. Comitis Castillionaei humanitate nobis submisso penes ineditam Slavicam versionem cum latina Interpretatione nostra. Taleque psalterium interpretatum толковата псалтирь vocatur Russis. Audi jam veterem codicem, comparaque, si lubet, cum vulgato textu Bibliorum ed. Petrop. 1816, 8. hic in tuum commodum apposito e regione.

*) Conf. Dobr. Instit. p. 21, 498 et 659, qui haec improbat, pro вонь же, q. d. во нь же, in quem.

Psalmi interpretati archetypon graecum ineditum.

... πᾶσα γὰρ πνοὴ! μεγαλύνῃ τὸν κύριον.

Ἐξομολόγησιν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσω.
Ὅταν ἐξομολόγησις προσάγηται τῷ Θεῷ, τότε εὐπρέπειαν ἐνδύεται, ὡς φιλῶν τὴν εὐπρέπειαν καὶ τὴν ἐπιςροφὴν τῶ ἀνθρώπῳ (*sic Vind. at A.* τοῦ ἀνθρώπου).

Ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον,
Φῶς ὑπάρχει ὅλως (*A.* ὅλος) καὶ ἐκ φωτὸς, καὶ τὸ φῶς περιβέβληται· Θεῷ γὰρ ἀμφότερα προσεςίν.

Ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν·
Δείκνυσι τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, ὁποῖα ἐςίν· ἐτάνυσε λογῳ τὸν οὐρανὸν ὡς ἱμάτιον ἁπλοῦν.

Ὁ ςεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ·
Καὶ τοῦτο τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, τὸ προσκαλεῖσθαι τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καὶ δίκην ὀροφῆς περιτιθέναι τῷ οὐρανῷ καὶ ἐκχέει (*A.* ἐκχέειν) ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς.

Ὁ τιθεὶς νέφη τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ·
Ἐπέβη γὰρ τοῖς ἀποςόλοις ἐν νεφέλαις ἵνα τὴν οἰκουμένην φωτίσῃ. ἐπέβη δὲ καὶ τῇ νεφέλῃ τότε τῷ καιρῷ τῆς ἀναςάσεως. ἐπέβη δὲ τῇ νεφέλῃ τῇ Θεοτόκῳ δηλονότι.

Ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων.
Ἐπιβαίνει γὰρ καὶ τοῖς ἀνέμοις ὁπότε βούλεται. Λέγει δὲ καὶ τὰ σαρκὸς μυςήρια.

Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα·
Οὐ μόνον ἐν οὐρανῷ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ γῆς ἁγίους ἀγωνισαμένους· καὶ τούτους νοεροὺς ἀποτελῶν.

Καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον·
Ὁπόταν γὰρ θέλοι, καὶ εἰς πῦρ μεταβάλλονται οἱ ἅγιοι, τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος νευρούμενοι.

Ὁ θεμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς,

Fragmentum Psalterii interpretati e codice seculi XI.

... вьсако во дъıханье да хвалить г҃а *

Въıсповѣданьк и вьлѣпотоу (*sic*) обл̑ѣчеса *
егда бо исповѣданье приноситьса б҃оу. тогда въ вельлѣпотѫ облачитьса ꙗко люба обраштаньк ч҃лче *

одѣаиса свѣтомъ (*sic*) ꙗко и ризоѭ *
свѣтъ кеть вьсь изъ свѣта и въ свѣтъ облъченъ (*sic*). б҃оу обок подобакть *

пропинаа н҃бо ꙗко и кожѫ *
показаеть (*sic*) силѫ б҃жиѭ ꙗковаже кеть. протаже словомь (*sic rectius*)... ꙗко и ризѫ простѫ *

покръıваа водами прѣвъıспрьнꙗаго (*sic pro*: его) *
и се силъı б҃жиꙗ еже призъıвати водѫ морьскѫѭ. и ꙗко покровомъ (*sic*) облагати н҃бо и проливати на лице земли *

полагаа и облакъı въ въсхожденьк свок *
възиде бо на ап҃лъı ꙗко на облакъı. да вьселкнѣю (*sic, idque e correctura sic:* вьселк^н^ѣ^ю^) просвѣтить. възиде же и облакъ. тогда въ врема въскрьсениꙗ (*sic*). вънидe и въ б҃рцѫ ꙗко облакъ *

ходали на крилоу вѣтрьнюю *
въсходить бо и на вѣтръı егдаже хоштеть. г҃лкть же плътьнъıа таинъı *

творали анг҃лъı своа дѫхъı (*sic*) *
не тъчиѭ н҃бсьнъıѩ нъ и земьнъıꙗ ст҃ъıꙗ подвизавъшꙗса и сиꙗ оумьни съврьшаа (*sic omnia*) *

и слоугъı своа огнь палашть
егдаже хоштеть и въ огнь вънѣтаѭтьса ст҃и огнемь доуновьнъимъ (*sic*) оукрѣплаеми (*sic*) *

Осн҃ъıвали землю (*sic*) на тврьди своки *

Textus Psalmi slavicus vulgatus, ineditaeque expositionis Interpretat. nostra

... omnis enim spiratio (spiritus) laudet Dominum.

(1) во исповѣданїе и въ велелѣпотꙋ ѡблеклсѧ єси.
Confessionem et decorem induisti: Quando enim confessio offertur Deo, tunc in decorem vestit se (decorem induit) utpote amans conversionem hominis.

(2) ѡдѣѧйсѧ свѣтомъ ꙗкѡ ризою,
Amictus lumine sicut vestimento: Lumen est omnino et e lumine, et lumine amictus. Deo utrumque convenit.

простирáѧй нб҃о ꙗкѡ кóжꙋ:
Extendens coelum sicut pellem: Ostendit potentiam Dei qualis est. Extendit verbo (coelum), sicut vestimentum simplex.

(3) покрывáѧй водáми превы́спреннѧѧ своѧ̂,
qui tegis aquis superiora ejus: Etiam hoc potentiae divinae, advocare aquam marinam, et sicut tegumento tegere coelum et effundere in faciem terrae.

полагáѧй óблаки на восхождéнїе своѐ,
qui ponis nubem ascensum tuum: Ascendit enim in Apostolos sicut in nubes, ut orbem universum (τὴν οἰκουμένην) illuminaret. Ascendit et nubes tunc tempore resurrectionis. Intravit et in Deiparam sicut nubes.

ходѧ́й на крилꙋ̀ вѣ́треню:
Qui ambulas super pennas ventorum. Ambulat enim et super ventos, quando vult; dicit et carnis mysteria.

(4) творѧ́й ѧ҆́гглы своѧ̂ дх҃и,
qui facis angelos tuos spiritus: Non solum coelestes sed et terrestres sanctos proeliatos et hos intelligentes perficiens.

и слꙋги̑ своѧ̂ плáмень óгненный:
Et ministros tuos ignem urentem. Quando vult et in ignem conjiciuntur sancti, igne spirituali confortati.

(5) ѡсновáѧй зéмлю на твéрди єѧ̂:
qui fundasti terram super stabilitatem ejus.

Psalmi interpretati archetypon graecum ineditum.

Ἐπὶ ὑδάτων γὰρ ἡδράσαι χειρὶ Θεοῦ, καὶ μένει ἀσάλευτος· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ ἄνθρωπος ὡς γῆ ὢν ἐπὶ τοῦ ὕδατος θεμελιοῦται τοῦ βαπτίσματος.

Οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.
Οὐ κινεῖται καὶ ταῦτα ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐστηριγμένη· βουλῇ γὰρ Θεοῦ ἐστήρικται καὶ διαμένει.

Ἄβυσσος ὡς ἱμάτιον περιβόλαιον αὐτοῦ,
Τὸ ἀκατάληπτον λέγει τοῦ μυστηρίου τῆς σαρκώσεως ἄβυσσον (*nil ultra*).

Ἐπὶ τῶν ὀρέων στήσονται ὕδατα.
ἐπὶ τῶν δογμάτων τῶν προφητῶν στήσονται τὰ ὕδατα τοῦ βαπτίσματος.

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου φεύξονται,
οἱ δαίμονες. ἐπὶ τῶν ὑδάτων τοῦ βαπτίσματος· ἐπιτιμῶνται γὰρ τῇ σφραγῖδι τοῦ σταυροῦ.

Ἀπὸ φωνῆς βροντῆς σου δειλιάσουσιν.
Ἀπὸ φωνῆς τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος φοβηθήσονται πάντα τὰ πονηρὰ πνεύματα.

Ἀναβαίνουσιν ὄρη καὶ καταβαίνουσι πεδία
Οἱ δαίμονες· ὑψηλοῦνται γὰρ ὡς ὄρη, καὶ ταπεινοῦνται δὲ ὡς πεδίον ἀφανισμοῦ· καθὼς γέγραπται· λέγει δὲ καὶ τὰ κύματα τῆς θαλάσσης.

Εἰς τόπον ὃν ἐθεμελίωσας αὐτοῖς.
Ἐκεῖ γὰρ ἐπορεύθησαν εἰς τὸν τόπον τὸν ὁρισθέντα αὐτοῖς ὑπὸ Θεοῦ. λέγει δὲ καὶ τὰ κύματα τῆς θαλάσσης καὶ τῆς αἰσθητῆς καὶ τῆς νοητῆς.

Ὅριον ἔθου ὃ οὐ παρελεύσονται,
τῇ γὰρ θαλάσσῃ ὅριον τὴν ψάμμον ἔθετο, ἀλλὰ καὶ τοῖς δαίμοσι τὸν σταυρόν· ὅπου γὰρ ἴδωσι, φρίττουσιν.

Οὐδὲ ἐπιστρέψουσι καλύψαι τὴν γῆν.
Οὔτε γὰρ τὰ κύματα τῆς θαλάσσης

Fragmentum Psalterii interpretati e codice seculi XI.

на водахъ бо оутвьрди сѧ рѫкоѭ бжиѥѭ. и прѣбꙑваѥть неподвижима. такожде и чл҃къ землѧ (*sic*) сꙑ. на водѣ оснꙑваѥмъ ѥсть. крьштеньа (*sic*).

не прѣклонитьсѧ въ вѣкъ вѣка *
не движить бо сѧ и си на водахъ. оутвьрждена волеѭ бжиѥѭ оутвьрдисѧ и прѣбꙑваѥть *

бездьна ꙗко (*sic*) и риза одѣньѥ ѥѧ *
непостижьноѥ гл҃еть таинъ и въплъштеньа (*sic*) бездьнѫ. ꙗко измѣрити невъзможьнѫ *

на горахъ станѫть водꙑ.
на дъгматѣхъ (*sic*) пророчьсцѣхъ станѫть водꙑ крьштеньа (*sic*) *

отъ запрѣштеньа (*sic*) твоѥго побѣгнѫть
бѣсове отъ водꙑ крьштеньа. прогоними бо сѫть. знаменьѥмь крьстьномь.

отъ гласа грома твоѥго оустрашатьсѧ (*sic*)
отъ гласа анг҃льскꙑ (*sic*) проповѣди. и оубоꙗтьсѧ вьси лѫкавьни бѣси *

въсходѧть горꙑ и низъходѧть полꙗ (*sic*)
демони възвꙑшаѭть бо сѧ ꙗко горꙑ, низъврѣжѫтьже ꙗко полѥ промраждени ꙗкоже ѥсть пісано (*sic*) гл҃етьже и влънꙑ морьскꙑꙗ *

въ мѣста же ѥси основалъ имъ *
тамо поидоша (*sic*) въ мѣсто нареченно имъ отъ б҃а. гл҃етьже и влънꙑ мора и чювьствьнааго и разоумьнааго *

прѣдѣлъ положи. лѣ. е (*sic haec tria*) юже (?) не прѣидѫть
. . . прѣдѣлъ пѣсъка положи. нъ и бѣсомъ кр҃ста. иже и видѣвъше трепештѫть *

ни обратитьсѧ покрꙑтъ землѧ *
ни влънꙑ морьскꙑꙗ могѫть по-

Textus Psalmi slavicus vulgatus, ineditaeque expositionis Interpretat. nostra

Super aquis enim stabilita est manu Dei et permanet immobilis. Sic et homo, terra cum-sit, in aqua fundatus est baptismi.

не преклонитсѧ во вѣкъ вѣка.
Non inclinabitur in seculum seculi.
Non enim movetur etiamsi est super aquis. Stabilita voluntate divina, firmata est et permanet.

(6) бездна ꙗкѡ риза одѣѧніе еѧ,
Abyssus, sicut vestimentum amictus ejus:
Incomprehensibile dicit mysteriorum, et incarnationis abyssum, quippe quam emetiri non possis.

на горахъ станꙋтъ воды:
Super montes stabunt aquae.
Super dogmatibus prophetarum stant aquae baptismi.

(7) ѿ запрещенія твоегѡ побѣгнꙋтъ
Ab increpatione tua fugient
Daemones ab aqua baptismi. Fugantur enim signo crucis.

ѿ гласа грома твоегѡ ꙋбоѧтсѧ.
A voce tonitrui tui formidabunt.
a voce angelicae (*sic, erore obvio*; *pro*: evangelicae) praedicationis. Et formidabunt omnes maligni daemones.

(8) восходѧтъ горы, и нисходѧтъ полѧ.
Ascendunt montes et descendunt campi
daemones. Ascendunt enim sicut montes, defluuntque sicut campus factore infecti, sicut est scriptum. Dicit vero et fluctus marinos.

въ мѣсто еже ѡсновалъ еси имъ.
in locum quem fundasti eis.
Illuc ierunt in locum indictum eis a Deo. Dicit vero et fluctus maris tam sensibilis quam intellectualis.

(9) предѣлъ положилъ еси, егѡже не прейдꙋтъ,
Terminum posuisti, quem non transgredientur.
(Mari) terminum arenae posuit. Sed et daemonibus (terminum) crucis, quam conspicati contremiscunt.

ниже ѡбратѧтсѧ покрыти землю.
Neque convertentur operire terram.

Psalmi interpretati archetypon graecum ineditum.	Fragmentum Psalterii interpretati e codice seculi XI.	Textus Psalmi slavicus vulgatus, ineditaeque expositionis Interpretat. nostra.
δύνανται καλύψαι τὴν γῆν, οὐδὲ πάλιν οἱ δαίμονες κατακυριεῦσαι τοῦ ανθρώπου· κατηργήθησαν γάρ.	кръıти землѭ. ни пакъı бѣсове. оудоблати (*sic*) чловѣкоу. оупразнишꙗ (*sic*) бо сѧ.	Nec fluctus marini possunt tegere terram, nec iterum daemones dominari homini. Inanes enim facti sunt.
Ὁ ἐξαποςέλλων πηγὰς ἐν φάραγξιν, Λέγει μὲν τὰς φάραγγας τῶν ὀρέων ὡς ἐν αὐτοῖς τὰ ὕδατα οἰχόμενα. ἐςὶ δὲ καὶ τὰ δάκρυα τῆς μετανοίας. φάραγγές δὲ ὀπαὶ τῶν ὀφθαλμῶν.	посълаѩ источьникъı въ дьбрехъ глетъ оубо дьбри горьскъıѩ. ꙗко въ тѣхъ водъı шюмаща (*sic*). сѫть же и слъзъı покаꙗньꙗ: дьбри же доли очесьнии *	(10) посылаѧй источники в дебрехъ *Qui emittis fontes in convallibus:* Dicit nimirum convalles montium, quia in his aquae murmurantes. Sunt vero et lacrymae poenitentiae, convalles specus oculorum.
Ἀναμέσον τῶν ὀρέων διελεύσονται ὕδατα· προφητῶν λέγει καὶ ἀποςόλων· ὄρη γὰρ ἅγια κἀκεῖνοι καὶ οὗτοι· μέσα δὲ τούτων τὰ ὕδατα τοῦ βαπτίσματος.	посрѣдѣ горъ проидѫть водъı * прокъ глтъ. и апльı (*sic*) горъı бо стъıи (*sic*) и они и си сѫть. срѣдѣже сихъ водъı крьщеньꙗ *	посредѣ горъ пройдутъ воды. *Intermedium montium pertransibunt aquae.* Prophetas dicit et apostolos. Montes enim sancti et illi et hi sunt, in medio autem horum aquae baptismi.
(*Cod. Ambros.**): Τοὺς ἀπηγριωμένους τῇ ἑλληνικῇ σοφίᾳ καὶ ὡς θηρία ἐν τῷ δρυμῷ τῶν δαιμόνων νεμομένους· καὶ οὗτοι γὰρ τῷ βαπτίσματι προσελεύσονται χαίροντες (*nil ultra*).	въздивьлавъшаѩ (*sic* τὸ шаѩ *ex correctione*) еллиньскоѭ прѣмѫдростиѭ ꙗко (*sic ex correctione*) звѣрие въ лѫзѣ демоньсцѣемь жироуѭть и си бо къ крьштенью пристѫпать радоуюштеса (*sic*). и напаѣеми блгдатиѭ *	(11) напаютъ вся звѣри сельныя. *Potabunt omnes bestiae agri:* Efferatos gentili sapientia sicut ferae, (et qui) in luco daemonum pascuntur. Nam et hi ad baptismum accedent gaudentes et potati gratiâ.
Προσδέξονται ὄναγροι εἰς δίψαν αὐτῶν.	жидѫть анагри (*sic*) въ жа …	ждутъ онагри в жажду свою. *Expectabunt onagri in si(ti sua).*

*) Hoc loco Vindobonensis codex plane alia habet quam aut Ambrosianus, aut ei vix non ad amussim respondens Slavus. Audi sis ipse. „Ποτιοῦσι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, προσδέξονται ὄναγροι εἰς δίψαν αὐτῶν. Καὶ τοῦτο τῆς θείας προνοίας μέγιςον, τὸ μὴ μόνον τῶν ἀνθρώπων χρείαν ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλόγων πληροῦν. Διὰ τοῦτο ὄρη τέμνων παραδοὺς τοῖς ὕδασιν ἐτεκτήνατο· ὥστε μὴ μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἔχειν ἀφθόνως τὰ νάματα τῶν πηγῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν χερσαίων καὶ τῶν ἀεροπόρων ζώων τὰ γένη. εἶτα τὴν τούτων ἀποδείκνυσι χρείαν. I. e. Et hoc divinae providentiae maximum, non hominum solum necessitatem sed et brutorum implere. Ideo montes secans tradens aquis fabricavit, ut non solum homines haberent abundanter fluenta fontium, sed et terrestrium et aërivagorum animalium genera. Tum eorum ostendit necessitatem (usum)—. Obiter indicamus, Ambrosianum codicem esse recens apographum Escorialensis membranacei.

Nota. Vides ipse, candide lector, jam in hoc codice seculi XI, pro substantivorum terminationibus disyllabis -ние, -ниꙗ, usurpari hodiernorum Slavorum omnium monosyllabas -ье, -ьꙗ (je, ja), sicut in Cloziano nostro: at non solum hujus psalterii descriptorem ignotum Russum, sed ipsum adeo Evangeliorum Ostromiri scriptorem, Gregorium diaconum, longe superari a Cloziano glagolita quoad accuratum vocalium ѧ et ѫ usum, Bulgaro sive cyrilliano sive glagolitae popularem et patrium et quasi viventem, Russis contra peregrinum et emortuum, cujusque loco Russi quidem ꙗ et оу, Illyrii autem е et оу pro ratione vernaculae quisque suae dialecti habent. Hinc mira in hoc psalterii fragmento, sine dubio scribae russi e codice bulgarico apographo, signorum ꙗ et ѧ et ѩ, оу et ѫ, itemque ю et ѭ confusio. — Adverte sis etiam cum in Ostromiri codice, tum in hoc fragmento spiritus asperi (ʽ) usum pro J consona, quam si habuisset graecus alphabeti cyrilliani auctor, nae ille ingenti suo et lectorum commodo carere potuisset et hoc ipso spiritu aspero, (quo quidem Ostromiri diaconus etiam pro ъ utitur prout vidisti in Kalendario) sive malis pro hodierno (ʼ), aut Glagolitae Serbique nostri A. 1372 (ʼ), et τῶν ꙗ, ѥ, ю, ѩ, ѭ, itemque illius posteri ай, ей, ий, ой, оуй, ы et ье, ьꙗ, ьи, ё, ïо aliisque duodenis ambagibus. Sed haec hactenus. Jam ad ipsius linguae sacrae grammaticam et lexicon accedamus σὺν θεῷ.

SLAVORUM

LINGUAE SACRAE

BREVIS

GRAMMATICA ET LEXICON.

CAPUT I.

De litteris Slavicae linguae.

§. 1. Ridicula videatur obiter legenti anonymi graeculi e codice Bibliothecae Regiae Parisinae Colb. 4432 narratio a Bandurio edita, de Christianae religionis apud Russos initiis, et origine alphabeti cyrilliani. Narrat graeculus, Russorum a Judaeis et Saracenis de religione pertentatorum, simul volentium data hac occasione „omnia probare et quae bona forent tenere" legatos quattuor primum adiisse Romam veterem, satisque illis placuisse „et templorum decorem et sacerdotum ordinem ipsumque adeo patriarcham, quem papam vocant, a quo verbis et doctrina institutos" domumque reversos magnum regem (ῥῆγαν) suum hortari coepisse, ut Romanorum fidem amplecteretur. At proceres lentius festinasse, voluisseque novae etiam Romae, quae veteri praestaret, periculum fieri. Missis ergo iisdem legatis Constantinopolin, Basilio Macedone imperante (A. D. 867—886) ab eoque humanissimo hospitio exceptis magis etiam et templum S. Sophiae admirabile et liturgiae magnas tremendasque cerimonias placuisse: et humanam plane naturam visos exsuperare „juvenes alatos, specioso nec consueto amictu, qui pavimentum minime contingebant, sed per aëra ferebantur psallentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Graeci tunc πρόξενοι ad stupentes hospites Russos: Nescitis fortasse, ipsos angelos de coelo descendere et cum sacerdotibus nostris λειτουργεῖν? Quae cum reversi legati Regi suo retulissent, nulla interposita mora Constantinopolin legatos misit, qui episcopum peterent, ut innumeram ibi populi multitudinem doctrina imbueret et baptizaret.

Basilius Imperator magno cum gaudio episcopum (anonymum) misit pietate et virtute clarum, cum comitibus duobus, Cyrillo et Athanasio, qui et ipsi virtute, eruditione et prudentia ornatissimi erant.— Eo profecti illi omnes edocuerunt et baptizarunt, et Christianae pietatis rudimentis imbuerunt. Cum autem gentem eam omnino barbaram et rudem cernerent, ac nullo modo possent doctissimi viri viginti quattuor graecorum litteras ipsos edocere; ne rursus a pia religione deflecterent, triginta quinque litteras ab se inventas et exaratas iisdem tradidere, quarum nomina haec sunt: ἀς, μπούκη, βετδ (βεδῦ?), γλαωδ (γλαὼλ?), δοπρῶ, γέεσι, ζηβὴτ, ζελῶ, ζεπλέα, ἦζε, ἧ, κάκω, λαυδία, μὴ (*sic*), νᾶς, ὧν, ποκόη, ῥιτζίη, σθλόβω, ντεβέρδο, ἦκ, φέρωτ, χὲρ, ὧτ, τζῆ, τζέρβη, σὰα, σθία, γέορ, γερῆ, γὲρ, γέατ, γίου, γέους, γέα. Hae sunt 35 Russorum litterae, quas hactenus omnes ediscunt, atque rectam piae religionis notitiam obtinent".

Nota hic primo, videri fabulosam totam historiolam hanc Russis ipsis, quippe quibus post integrum demum a Basilio seculum illuxerit Christi fides. Et quis praeterea non rideat auctorem, aut se putet ab illo rideri narrante, Russos indociles primum 24 litterarum, paulo post 35 (adeoque dimidio fere plures) didicisse nullo negotio! At penitius scrutanti satis appareat sanus veteris famae sensus: graecum nempe alphabetum, sonos tantum 24 repraesentans non suffecisse repraesentandis dimidio pluribus linguae slavicae sonis; ideoque Slavos, conantes primo magistrorum graecorum jussu graecis litteris repraesentare suam linguam, ob signorum defectum ad primum jam passum offendisse et claudicasse (cf. ipsum, qui haec narrat, graeculum ridicule claudicantem in slavicarum litterarum nominibus scribendis; aut pone dictari scribendum: коже, оче нашь: nonne Slavus in tribus vocabulis haerebit quater, solo graeculi alphabeto instructus, pejusque scribet slavica quam vel noster Frisingensis p. XXXV, sive Βόζε, ὄτζε νάς scripserit, sive etiam Μπόζε, ὤτσε νάς?) — sicque pertaesos vano labori renunciasse: at mox adaucto per intelligentem rei Cyrillum iis, quae antea deficiebant, novis signis alphabeto eodem graeco, denuo recte et ex ordine processisse contentissimos et laetissimos, sic confutantes reipsa scholasticorum verba negantium posse bene convenire simul graecis litteris et quas vocant barbaricas. Et jure mirere, hanc naturalem mali medelam venisse in mentem cuicumque demum alphabeti dicti Coptici auctori, itemque Ulphilae Gotho sec. IV, et Armeno Mjesrob sec. item IV, nostroque Cyrillo sec. IX; fugisse contra omnes fere litterarum latinarum apostolos; imo hodie et Russos, in reliqua Occidentis cultura Latinorum discipulos, ipsos quoque cum recentiori Europa claudicare (scribentes мёдъ pro мјодъ aut мьодъ, ёлка pro јолка etc. quamvis Cyrilli habeant luculentissimum exemplum methodi rectioris). Sed jam ad alphabetum ipsum accedamus.

ALPHABETARIA SLAVORUM COMPARATA.

	Litterarum Nomina, maximam partem significativa.			Figura		Sonus respondet	Ejusdem litterae seu soni scriptio vel notatio apud												
							Slavos Cisdanubianos Illyrios.						Cisd. Carentanos.			Slavos Transdanubianos.			
	Vetera	Vulgata	Interpretat.	Glag. vide Tab. Nro.	Cyrillian.		Serb.	Schiavettò 1834.	P. Micalia, 1659	P. della Bella 1747	P. Stulli 1800.	Slavon.	Croat. Zagr.	Carn.	Sloven. Blatens.	Boh.	Lusatos super.	Lusatos infer.	Polonos
1	азъ	азъ	ego	1	А, а	a *latino*	a	a	a	a	a	a	a	a	a	a	a	a?	a
2	боукы	бꙋки	fagus	2	Б, б	b —	б	b	b	b	b	b	b	b	b	b	b	b	b
3	вѣди	вѣди	scito	3	В, в	v —	в	v	v	v	v	v	v	v	v	w	w	w	w
4	глаголь	глаголь	verbum	4	Г, г	g —	г	g	g, gh	g, gh	g	g	g	g	g	(h)	(h)	(h)	g
5	добро	добро	bonum	5	Д, д	d —	д	d	d	d	d	d	d	d	d	d	d	d	d
6	есть	єсть	est	6	Ѥ, е, Є	e, je—	e, je	e, je	e, je	e, je	e, je	e, je	e, je	e, je	e, je	e, ge	e, je	e, e	e, ie, je
7	живѣте	живѣте	vivite	7	Ж, ж	j *gallico*	ж	x	sg	x	x	x	s	sh	z	ž	ʒ	ʒ	ż
8	ѕѣло	ѕѣлѡ	valde	8	Ѕ, ѕ	z —	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
9	земля	землѧ	terra	9	З, з	z —	з	z	ʒ	ʒ	z	z	z	s	z	z	ſ	ſ	z
10	иже	иже	qui	10	И, и	i *latino*	и	i	i	i	i	i	i	i	i	i	i	i	i
11	ї	ї	et	11	І, ї	i —	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
12	—	—	—	12	(ⰼ, ђ)	vide infra 46, 47 . .	ђ; ћ	ch; dj	chj; ghj	chj; ghj	chia; gia	ch; gj	-; gy	—	—	t'; d'	—	—	ć? dź?
13	како	како	quomodo	13	К, к	k *latino*	к	k	k	k	k	k	k	k	k	k	k	k	k
14	люди	люди	homines	14	Л, л	l —	л	l	l	l	l	l	l	l	l	l	l	l	l
15	мыслѣте	мыслѣте	cogitate	15	М, м	m —	м	m	m	m	m	m	m	m	m	m	m	m	m
16	нашь	нашь	noster	16	Н, н	n —	н	n	n	n	n	n	n	n	n	n	n	n	n
17	онъ	онъ	ille	17	О, о	o —	о	o	o	o	o	o	o	o	o	o	o	o	o
18	покои	покой	pax	18	П, п	p —	п	p	p	p	p	p	p	p	p	p	p	p	p
19	рьци	рцы	dic	19	Р, р	r —	р	r	r	r	r	r	r	r	r	r	r	r	r
20	слово	слово	sermo	20	С, с	s (ss)—	с	ſ	s	s	s	s	sz	ſ	sz	s	ß	ß	s
21	тврьдо	твердо	firmum	21	Т, т	t —	т	t	t	t	t	t	t	t	t	t	t	t	t
22	оукъ	ꙋкъ	doctrina	22	ОУ, оу, ꙋ	u — (ou *gallico*) .	у	u	u	u	u	u	u	u	u	u	u	u	u
23	фертъ	фертъ	fert	23	Ф, ф	f —	ф	f	f	f	f	f	f	f	f	f	f	f	f
24	хѣръ	хѣръ	fama	24	Х, х	ch *germ.*, j hisp. . .	х	h	h	h	h	h	h	h	h	ch	ch	ch	ch
25	ѡтъ	ѡтъ	abs	25	Ѡ, ѡ	ō *latin.*, ω *graeco* .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
26	шча (шта)	шча	—	26	Щ, щ	compendium τοῦ 29 + 28 aut + 21	шт	st	sct	sct	sct	sht	st	ſhzh	scs	št'	ſchcʒ	ſchcʒ	szcz
27	ци	цы	—	27	Ц, ц	tz, z *germ.* . . .	ц	c	ça!	z	c	c	cz	z	cz	c	ʒ	ʒ	c
28	чрьвь	червь	vermis	28	Ч, ч	ce *ital.* . . .	ч	ç	cj, ç!	cj	cs	cs	ch	zh	cs	č, cž	cʒ	cʒ	cz
29	ша	ша	—	29	Ш, ш	sce *ital.*, sch *germ.* .	ш	s	sc	sc	sc	sh	s, ss	ſh	s	š, ss	ſch	ſch	sz
30	еръ	єръ	(R forte?)	30	-Ъ, -ъ	vocalis o (u) mutescens .	—	—	(rr)i?	(â)	â, ê	-, â	è	è	—	—	—	—	(a)
31	еры	єры	—	31	-ЪІ (г. ы)	diphthongus τοῦ 30 + 10	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	y	y
32	ерь	єрь	(R lene?)	32	-ь	vocalis e (i) mutescens .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	(˝")	(’)	(’)	(’)
33	(ѣть?)	ꙗть	—	33	Ѣ, ѣ	aut é *gall.* aut je *latin.* .	e, je	e, je	je	je	je	je	je	é	je	ge, e	—	ě	ie
34	юсъ	ю	jus	34	Ю, ю	ju syllaba . . .	ју	ju	ju	ju	ju	ju	ju	ju	ju	gu	—	—	ju
35	ꙗ	ꙗ	eos ambos	35	Ꙗ, ꙗ	ja —	ја	ja	ja	ja	ja	ja	ja	ja	ja	ga	—	—	ja
36	ѥ	(ѥ, є)	id	36	Є	je —	je	je	je	je	je	je	je	je	je	ge	—	—	je
37	ѧ	—	—	37	—	vocalis producta (nasalis?) ê	—	—	—	—	—	—	—	é	—	(ā)	—	—	ę?
38	ѩ	—	eos	38	—	j + 37	—	—	—	—	—	—	—	jé	—	—	—	—	ię?
39	ѫ	—	—	39	—	vocalis producta (nasalis?) ô	—	—	—	—	—	—	—	ó	—	—	—	—	ą?
40	ѭ	—	eam	40	—	j + 39	—	—	—	—	—	—	—	jó	—	—	—	—	ią?
41	ѯї	кси	—	41	Ѯ	x *latin.*	кс	kſ	ks	ks	ks	ks	ksz	kſ	ksz	ks	kß	kß	ks
42	ѱї	пси	—	42	Ѱ	ps —; ψ *graeco* .	пс	pſ	ps	ps	ps	ps	psz	pſ	psz	ps	pß	pß	ps
43	[illegible]ита	фита	—	43	Ѳ	th —; Russis sonat f. .	т; ф	t; f	t; f	t; f	t; f	t; f	t; f	t; f	t; f	t; f	t; f	t; f	t; f
44	([illegible]?)	ижица	иже minus	44	Ѵ, ѵ (rv)	v *graeco* . . .	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—

Vides ipse, candide lector, exhiberi jam hucusque, in hac communi Abecedariorum Slavicorum Tabula, praeter elementa vera, id est sonorum simplicium signa itidem simplicia, etiam syllabas integras, quas diphthongos voces, et binorum sonorum compendia. Quare non miraberis, nos tantae summae adjicere insuper nonnulla signa cyrilliana, partim nescias utrum ab origine servata an posterius subnata apud Valachos, partim nostro aevo neque inepte excogitata a Serbis hodiernis. En illa:

45	Valach. et Serb.	џ,	respondens *gi* ital., j anglico.				
46	— — —	ӂ	— — *in* gallico				
47	Serbor. . .	ђ	dj	intime colliquescentibus;	дь russ.;	d' boh.;	similis dź polon.
48	— . .	ћ	tj	— — —	ть —	ť —	— ć —
49	— . .	љ	lj	— — —	ль —	— —	— l —
50	— . .	њ	nj	— — —	нь —	ñ —	aequalis ń —
51	— . .	J	j	latino — —	ї, —	g —	— j —

ADNOTATIUNCULAE IN TABULAM.

1) Litterarum appellationes plerasque vides esse vocabula slavicae linguae incipientia ab ipsa sua littera. Dicimus plerasque; nam nonnullae graecae sunt, aliae plane technicae sicut latinae omnes. Ac slavicis quidem plerisque vim intulit Clemens Grubissich, ut integras extorqueret sententias per alphabetum decurrentes: Азъ богъ видѫ глаголѭ, добро єсть живѣт-о (!) ѕѣло (?) земла, (expuncto pro noviter invento иже ad propositum minus quadrante) ї како люди мъıслити. нашь онъ покой. рьци слово твердо оукъ. (i. e. Egó Deus Vitus ajo, bonum est vivere de rure (!) terrae,— et quomodo viri cogitare; nostra illud (!) requies. Dic litteram (!) fortiter u). Neque sic progredi potuit ultra litteram 21. Neque vel Hebraei in sententiam coegere sua Aleph, Beth, Gimel; multo minus Graeci detorta inde Ἄλφα, Βῆτα, Γάμμα; nec Germani runarum nomina. Scis Graecos phoenicias appellationes paullulum detortas retinuisse; Germanos contra veteres suas runas appellasse vocabulis suae linguae, plane ut vides fecisse et Slavos. Gothorum quidem in hac re methodus ignoratur; putes tamen servasse cum runis nonnullis etiam appellandi morem veterem.

2) Vocabula plane latina fert et jus mirum est quantum faveant veteri traditioni inventi alphabeti slavici jam ante Cyrillum graecum. Adde utriusque litterae figuras ambas esse sicut τοῦ ш et щ plane easdem in utroque alphabeto, tam glagolitico quam cyrilliano; glagoliticamque videri e latinis jv natam. Quod adstruit Dobrovius, esse cyrillianum ю abbreviatum ex юу, omni caret vetustissimorum codicum testimonio; id quod jam Vostokovius animadvertit.

3) Appellationum scriptio in columna secunda Russorum est hodiernorum, prima codicum veterum. Mirere e. g. глаголь scribi, per ь, nec slavice, imo nec russice, pro глаголъ. Quid si Russi habeant cum аминь et aliis, ipsaque sibi contraria ineptaque ы pro ъı figura invectum a Cypriano metropolita A. 1376— 1406 literarum in Russia post captivitatem tataricam restauratore Serbo? In aliis nempe, quae russica simul essent, potuere Russi e sua dialecto restituere discrimen ъ et ь, in his exteris non item. Mirere praeterea азъ scribi, non азь, quamvis si азь conferas cum gr. ἐγώ aut latino ego, appareat esse natum г mutato in з ante ь, sicut in кънязь, пѣнязь natis e germ. kunig, phenig. Sed cum et in Ostromiro habeatur азъ, non азь, non ausi sumus recedere a recepto. Imo cf. infra notam 8.

4) Characteris 44 nomen yk habes in vetustissimo codice Parisino; ex quo et hoc vides, veteres pressius institisse graeco alphabeto, in quo post τ sequitur υ, non ου; haec enim olim diphthongus, quamvis fortasse jam a Christo nato non amplius διφθόγγως sonaret sed simpliciter *u* latinum, tamen in alphabeto graeco non apparet sic cum *o* combinata. Russi, impatientes putem signi duplicis оу pro sono simplici *u*, sat male abjecto priori о retinuere solum у (quod idem est ac si Gallus pro *ou* repente scribat *u*); idque jam in Ostromiri Kalendario sec. XI invenias, attamen per exceptionem potius quam de regula sic usurpatum. Sic cum illis opus esset vero graeco υ ad nomina propria Symeon etc. effinxere novum suumque ѵ: сѵмеωнъ. Sic et cum е verum ab initio je pronuncient, invenere э suum pro e ψίλῳ, non jotato.

5) Notum est, Graecorum veterum ι et υ nunquam in diphthongum coalescere cum vocali insequente, Latinorum contra saepissime. Hinc factum est, ut tribus abhinc seculis tandem ab hominibus barbaris succurreretur Quintiliano querenti defectum signaculi I et V consonantium diversi ab eorundem vocalium signaculis; Moderni nempe Europaei duplices litterarum I et V figuras in Codicibus obvias ita distribuerunt ut I et U vocalium, J contra et V consonantium munera obirent. Sed ignota erat nova haec medela tam Glagolitae quam Cyrillo; videsque pro V consonante alteri praesto fuisse latinum V, vix ab illo mutatum, Cyrillo vero graecum B quod jam tum sonabat *v* latinum, non amplius *b* ut ante Christum natum. At de J, dii boni, quantum laborabat uterque! Graecus ut moneret in eandem syllabam coire cum vocali sequente, transverso quasi bacillo suum I alligavit ad sequentem vocalem sic: ꙗ, ѥ, ю, ѩ, ѭ. Hocque et in fine imitatus est Ostromiri librarius, in cujus ъı itidem bacillo interdum conjugatur ı cum praecedente ъ. Haec tamen exceptio potius est quam regula, cum nec in ъı semper, in reliquis plane nunquam appareat bacillus. Nam cum Graecis I post vocalem de regula faciat diphthongum, putavit nec Slavum signo ad id egere peculiari. (At viderunt postmodum Kiovienses мои (οἱ ἐμοί) longe aliter sonare quam мои (meus), sicque suum моѝ distinxerunt à мой; Cisdanubianis est мóи et мóй). Glagolita vero ꙗ et ѥ si non plane neglexit, certe ꙗ confudit cum ѣ, et suis ю, ѩ, ѭ singulis singula J signa praefixit; j finali aeque cum graeco neglecto. Est autem J consona Slavicae linguae longe familiarissima, ideoque ejus signum maxime necessarium: quo assumto Serbus Vuk expeditissimam reddidit popularibus suis scriptionem. Nota autem, Slavum, plane ut graecum, non alias habere diphthongos quam quas I et V faciant cum reliquis vocalibus. Idem de Hungaro valet, quem ajunt carere diphthongis (j nempe jure merito reputata pro consona).

6) Vides, nos cum veteribus vindicasse τοῦ jus appellationem litterae 34, contra Lithuani Zizaniae recentiorumque Russorum sententiam litteram 39 sic vocantium,

eamque Valachis et Serbis propriam dicantium. Nec enim ж nec ipsum ѭ Slavo veteri sonat ju, sed ut habes in Tabula, alterum ó producto aut vel fortasse nasali ą respondet, alterum eidem cum j praefixa, ergo jó aut ją. Nec obstat, Russorum aut vel Serborum Glagolitarumque dialectis nunc efferri ρоука, оуза etc. quae Methodio fuere ρжка, вжза etc. Nos genuinam veterem Methodii dialectum tractamus, non adulteratam Russorum aut Illyriorum, sive Serbi fuerint sive Glagolitae.

7) Sic et ѩ et ѧ hodiernis Russis confusa pro aequipollentibus, non solum nostro Glagolita sed et ipso Russorum Ostromiro duce, diserte distinximus; prius enim (ѩ) veteri Slavo valet ja, in codicibus bulgaricis nostroque glagolitico vix non ubique confusum cum ѣ (je), quum ѧ Methodio ipsisque Serborum codicibus valuerit aut ê productum, aut vel é fermé Gallorum. Certe vocabula slavica, quae Gothi e nostra lingua sunt mutuati, illis sonant non modo per é fermé, sed plane per i vocalem; e nostro плѧсати e. g. Gothi fecere plinsjan, (saltare, Carniolis plésati), nosque vicissim ex eorum phenig, phening пѣнѧзь, ex eorum koning кънѧзь, ex ausahriggs (i. e. Ohrring) fecimus оусеρѧзь. Pessime ergo et contra Ostromiri exemplum Russi confundunt ѩ et ѧ, ut vi sonoque aequipollentia (ad exemplum τοῦ и et ї, aut vel ѵ), quaeque nonnisi pro Gottschediorum arbitrio alternent idem officium.

8) Ex ъ et ь soni differentia in cisdanubianis codicibus minus accurate servata jure tuo suspiceris aut jam Methodii aevo periisse Cisdanubianis hanc Sarmaticam elegantiam, aut quod fere malimus, plane aliam fuisse vim illo aevo horum elementorum, quam quae nunc tradatur in Russorum scholis. Quidni enim, sicut Graeci hodierni falso glorientur de servata omnino fideliter majorum suorum pronunciatione, ita et Russi sua nunc venditent pro Methodianis? Certe nemo Cisdanubianorum (neque Carantanus, neque Illyrius, neque Bulgarus) пѧть pronunciat ut пѧћ, sed omnibus т sonus auditur distinctissimus, ѧ ita producto, ut post т resonare adhuc videatur *e muet gallicum*. Pariterque in monosyllabo nunc братъ audis т proprium, sed praecedenti а correpto, ac si Gallus scripsisset bratte. Idem valet de -лъ, quod Russi efferunt ut ł polonicum, ль vero ut *ly* hungaricum seu *lj* illyricum aut љ serbicum Vukii; ut adeo Slavis nullum fere reliquum sit *l* proprium! Ecquis credat, alphabeti Slavici auctorem люди appellaturum fuisse e. g. ł polonicum?— Quas quidem Cisdanubiani nunc habent colliquescentes cum *j* insequente consonas д, т, л, н, iis consentanea signa feliciter impertiit Vuk: ђ, ћ, љ, њ, partim resumto ab hominum memoria signo ћ, eodemque paullulum detorto ђ, partim ἀμέσως juncta ь τοῖς љ, њ factis ex Russorum ль, нь. Utinamque Illyrii latini ritus similem Vuk haberent! Sed haec addubitasse nunc sufficiat, declaranda fortasse alias.

9) De ы jam ipse acutissimus Vostokovius observavit, esse compositum ex ъ et ї seu и. Hocque facto confirmat noster Glagolita, scribens ъи, non ъі. Sed quod non est ausus hinc concludere Vostokovius, nos concludamus oportet: esse igitur ы seu ъі seu ъи non vocalem simplicem, sed diphthongum; ideoque scribendam non jam ъи, sed Kioviensium more ad reliquas diphthongos usitato ъй, perperamque Russos huic jam diphthongo addere insuper alterum й, добрый scribentes pro добръй (ut saepe habet Ostromir) id est russice доброй quod revera sic scribunt non доброїй. Sed haec hactenus.

10) Nota denique ћ antiquissimum, Russis quidem una cum џ Valachorum ignotum, at commune Cisdanubianorum utrique alphabeto sacro, Levacovichio quidem aenigmaticum pro J, sed a Vukio Serbo rectissime ampliatum in ћ et ђ, priori figura repraesentante *tj* colliquescentes, altera colliquescentes *dj*.

11) Vidisti graeculum Bandurii numerae litteras Slavicas 35: а, б, в, г, д, е, ж, ѕ, з, и, ї, к, л, м, н, о, п, ρ, с, т, у, ф, х, ѡ, ц, ч, ш, щ, ъ, ы, ь, ѣ, ю, ѧ, ѩ. At Vindobonensis scriptus A. 1517 in Graecia (cf. Praef. p. XXIX) numerat 37: а, б, в, г, д, е, ж, ѕ, з, ї, и, к, л, м, н, о, п, ρ, с, т, ѹ, ф, х, ъ, ѿ, ѡ, ѱ, ц, ч, ш, щ, ю, ѣ, ѩ, ѧ, ѯ. Sunt et qui usque ad 48 numerent: а, б, в, г bino exemplo, д, е, ж, ѕ, з bino exemplo, и, ї, к, л, м, н, о, п, ρ, с, т, оу et ѹ, ф, х, ѿ, ц, ч, ш, щ, ъ, ы, ь, ѣ, є seu ѥ, ю seu ѭ, ѩ seu ѧ, ѡ bino exemplo ѯ, ѱ, ѳ, ѵ, џ. Sed mox videbis, quanto paucioribus fuerit contentus Ostromiri diaconus, adeoque et illius codex archetypus ex quo descripsit evangelia.

12) Si forte mireris, quod щ compendium praeposuimus τῷ ш, scito nos in hoc secutos Glagolitam, cui щ indicat 800, ш contra jam caret vi numerali. Vide sis Tabulam aeneam.

13) Glagolita Clozianus exhibet litteras 37: а, б, в, г, д, е, ж, ѕ, з, и, ї, ꙉ (ћ, ђ?), к, л, м, н, о, п, ρ, с, т, оу, ф, х, ѡ, ц, ч, ш, ъ, ь, ѣ, ю, ѧ, ѩ, ж, ѭ, у. Assemanianus etiam щ habet compendium, Cloziano ubique resolutum in шт (non шч). Addito ergo hoc щ erunt universa elementa 38. Ponamus scrutanti occursura in Assemaniano etiam reliqua scribendi graeca compendia ѯ, ѱ, ѳ: erunt tunc 41. Quae si ad cyrillianos codices e. g. Ostromiri exigas, desiderabis quidem ѩ et ѥ syllabas, quas Glagolita non distinguit ab ѣ et е; et fortasse ъі seu recentius Serborussicum ы signum, quod Dobrovius cum Russorum vulgo minus recte pro vocali habet, noster autem ubique pro diphthongo ex ъ et и conflata; ut adeo, cum и potestate et sono nil prorsus differat ab ї, ъи idem plane valeat quod ъі seu deterius etiam ы; hocque ex ъ et и esse compositum, ipse jam summus Russorum Priscianus, Al. Vostokovius aperte fatetur in Grammatica sua fusiori 1831, p. 344, inscius adhuc hujus novi testis oculati e Cloziano codice superventuri. Nec obstat, dialectum polonicam pro nostra ъи aut ъі aut ы diphthongo scribere unam *y* vocalem: byk pro бъікъ, cum teste Adelung ex una parte ipsum hoc *y* medii aevi sit ex ij natum, ex altera autem et Russi, imo et Bohemi sat clare diphthongum sonent, quasi bujk et bejk; carentes nimirum uterque sono et signo τοῦ ъй. Pro monophthongo etiam sono facile habuerit Cyprianus Serbus, Russorum quasi Esdras, utpote cujus illyrica dialectus una cum nostra carantanica nunc ы sono plane nil distinguat ab ї aut и. Sed apud Carantanos decimo adhuc seculo ъй viguisse, testantur monumenta Frisingensia, mui, bui, buiti etc. reddentia vocabula мъі, бъі, бъіти sive malis cum Cloziano et Vostokovio: мъй, бъй, бъйти etc. Russorumque etiam scriptio доброй pro добрый a nobis stat; о enim in medio vocis apud illos fungitur vice ъ tantum, ut adeo combinati ъй (=ъі=ы) aut ї abundet aut й: poterant enim simplicius ad suum usum scribere добръй, vulgo доброй. (Nec desunt in ipso Ostromiro tales scriptiones). Sed ad Glagolitas redeamus, qui jure triumphent, prodire nunc tandem (quod jam 1763 cum Caramani Abecedario potuisset prodire) ex antiquissimis codicibus alphabetum glagoliticum aeque plenum, ac fuerit primum

S. Cyrilli. Ipse enim Dobrovius jam vidit (Institt. p. 25—26) etiam cyrillianos codices pro ꙗ habere ѣ, plane sicut noster habet; ѥ vero nec ille desiderabat penes ɛ. Cyrillum praeterea veteresque codices omnes ignorasse Kioviensium й (e latina prosodia imitatum quoad impositum ˘ signum brevitatis), sponte fatentur Cyrilliani! Ut adeo jam frustra sit Dobrovii objectio, carere Glagolitas alterutro signo sive ъ sive ь; itemque ы; ut de ѫ et ѭ, itemque de ѧ et ѩ taceamus, quorum veram vim verumque usum cum Assemano, Caramano et Sovichio Dobrovius ipse nondum perspexerat, proxime indicandum a Vostokovio: pro abusu potius Bulgarorum et Valachorum habens cum Lithuano Zizania! Quae cum ita essent, potuimus interim, typis glagoliticis destituti, ceterisque de causis supra p. XIX allatis, in edendis his antiquissimis fragmentis singulis codicis glagolitici elementis substituere ad amussim aequipollentia cyrillica, ita ut quilibet hanc nostram editionem, typos glagoliticos ad Tabulam nostram redingratos 38 si habeat, quin videat ipsum codicem, nullo negotio possit denuo convertere in genuinam glagoliticam. Quamquam optimam partem censeamus electurum eum, qui positis pro fundamento luculentissimis et pulcherrimis latinis litteris reliquas, quae defuerint ad sonos slavicos, ex alterutro alphabeto, sive cyrilliano sive glagolitico, prout quaeque digniores videbuntur, aut, si malit, etiam recens sed solerter affabreque a se ipso efformatas adjecerit.

RECAPITULATIO ALPHABETI SLAVORUM SACRI.

Jam de toto hoc acervo, sat magno et confuso, si velis exquirere proprie quae sint vereque elementa, habebis

I) Vocales simplices et proprias quinque aut sex: а, є, и (ї), о (ѡ), оу (ѹ), et fortasse *) ѣ.

*) Dicimus fortasse; quia omnes hucusque grammatici, nec acutissimo Vostokovio, nedum sexcentis aliis distento Dobrovio excepto, ѣ habent pro je. Nos vero negamus et pernegamus, ѣ unquam confundi ab Antiquis cum є aut ѥ, imo a recentioribus non nisi cum ɛ; bene vero ѣ, si ἄτονον sit, mutari ab Antiquis in ь: трьгоувъ triplex etc.; ex quibus omnibus inferimus, ѣ potius Methodio fuisse, ut est hodieque Carniolis et Zagrabiensibus, é fermé Gallorum, et рѣка e. g. non tam sonare rjeka, quam potius réka. Cf. idem fere signum et elementum Armenorum. Cumque Carniolani et o duplex habeant, apertum propiusque ad *a* in ѡча (pater, Hungaris plane atya), et alterum, clausum et ad ô Gallorum proximum, possit quis dubitare, an non et haec *o* distinxerit Cyrillus per *o* et ѡ. Sed caremus ad haec aut testibus, aut codicibus antiquissimis; qui si adessent, ѡ non confundendum esset cum о utpote soni diversi signo. At и et ї esse abundantia ejusdem i soni, itemque оу et ѹ et pejus russicum у ejusdem *u* soni signa certum est, a Veteribus pro lubitu usurpata, et a Russorum postea Technicis ita circumscripta, ut ї nonnisi in graecis vocibus itidem per *ι* scriptis servaretur, tum et in slavicis sequente vocali alia, denique in spurio ы, ceterum и fungeretur τοῦ *i* officio. Similiter оу initiis vocum, ѹ medio et fini destinavere; Sic et de є et ѡ similes excogitavere nugas et difficiles et inutiles, utpote quae vel in reliquis vocalibus deficerent.

II) Vocales mutescentes duas: ъ et ь, quae in media voce fere sonant ut Hebraeorum Schva (ְ), syllabam tamen plerumque etiam integram constituentes: влькъ λύκος, вьсь vicus; in fine vero, ex usu hodierno (quem tamen peritus non facile admittet pro veteri genuino) nec syllabam constituunt amplius sed praecedentem tantum sibi consonantem afficiunt, prior ut durius sonet, posterior ut mollius: братъ lege gallice: bratte, пѧть contra pote aut vel ponte.

III) Vocales, sive productas tantum, sive etiam nasales duas: ѧ et ѫ; quibus adde sis Valachorum ѱ pro τοῦ *in* gallico sono.

IV) Diphthongos (subnatas per defectum J litterae, qua una addita suo alphabeto Vuk Serbus facillime caret omnibus diphthongis): ꙗ, ѥ, (desunt ji et jo), ю, ѩ, ѭ et (teste cum nostro Glagolita tum Cyrilliano Vostokovio) ꙑ, quam nunc Russi perperam edocti a Cypriano Serbo scribunt quidem ы, at recte efferunt δίφθογγως ut -ъй, id est -ъj.

V) Consonantes slavicas 16: б, в, г, д, ж, ѕ et з, к, л, м, н, п, р, с, т, х, ш.

VI) Ad graeca nomina scribenda retinuit et Glagolita et Cyrillus: ѯ, ф, ѱ, ѳ, ѵ (v) et ѡ. Sed jam Ostromiri diaconus A. 1057 slavice plerumque scribebat graeca, ut vides in Kalendario: иєротѣа pro ἱєροθєια etc.

VII) Ad exemplum compendiorum graecorum ξ, ψ etc. putes inventa etiam slavica щ pro шч aut шт, ц pro тс, ч pro тш; quibus adde sis Valachorum et Serborum џ pro дж, Vukiique cum glagolitici tum cyrilliani ћ veteris recentem ampliationem in ћ et ђ pro tj et dj, itemque illius љ, њ, ј.

Sed ad Slavica vetera redeamus elementa, quae habita ratione organorum post Dobrovium ita disponimus:

Vocales

I. 1) dimidiae: -ъ, -ь.
2) purae: а, є, и (ї), о (ѡ), оу (ѹ), ѣ.
3) (nasales?): ѧ, ѫ.
4) affectae ab initio j sono: ꙗ, ѥ (deest ји, јо) ю, ѩ, ѭ.
5) affectae a fine j sono: ай, єй, їй, ой, ѹй, ъї (ъj). Ultimas duodecim addita alphabeto una J littera exauctorasset!

Consonantes

II. в, ф; б, п; м.
III. н; л, р.
IV. д, т.
V. з, ж; с, ш, (щ): ц: ч.
VI. г, х, к.

Nota. Audiamus et Russum Vostokovium, p. 342 fusioris suae Grammaticae Russicae sic dividentem elementa:

I. Vocales et semivocales in:
crassas: а, э, ы †), о, у, ъ.
tenues: я, е (ѣ), и aut і, е in mjod, ю, ь aut й.
(quas fortasse rectius duras et praejotatas dixisset).

II. Consonantes in molles: в, б, д, з, ж, г.
— — — duras: ф, п, т, с, ш, к, х, ц, ч, щ.
— — — liquidas: м, н, л, р.

Additque τῷ г molli respondere binas duras, pro duplici illius sono, nimirum τοῦ g veri et τοῦ h; prioris

†) Nam ille, quamvis viderit esse ы compositam ex ъ et и, tamen non ausus est fateri diphthongum, sed pro vocali habet.

duram esse к, alterius х. Item durarum щ, ч, ш deesse analogas molles дз, дж, ждж. Recte quidem dicit de Russis quibus et soni hi molliores desunt, at Valachis itidem cyrillianis vides esse џ pro дж. Slovaci et Poloni habent dz; et Marki Valachus Bucovinensis putat cyrillianum ѕ nunc plane σύμφωνον τῷ з, sonuisse dz, aut saltem nunc sonare Moldavis (cujus quidem rei fides penes auctorem sit).

Quamvis sonus literarum jam e Tabula comparativa aliisque hucusque dictis satis videatur patere, juverit tamen adhuc subnotasse aliqua: 1) signa ѕ et з sono nunc nil differunt, sed valore tantum numerali. Idem valet de и et ї, et de о atque ѡ. Et ѡ quidem in Glagolita Cloziano plane non aliter tibi occurrit quam in exclamatione vocativi, graecae ὦ gemellâ; ad reliqua omnia etiam cyrilliani codices antiquissimi, ut vidisti in Ostromiro, plerumque о, (in ipso litterae nomine отъ) utuntur, contemptis aut potius sine damno ignoratis recentiorum Kioviensium moleste sedulorum difficilibus nugis circa о et ѡ, itemque е et є et ї atque и; ut de eorumdem plane abusu τοῦ ѧ pro ꙗ taceamus. 2) Quamvis e Glagolita Cloziano aliisque vetustissimis hic sex litteris auctius exhibeamus alphabetum glagoliticum, adhuc tamen desunt ad exaequandum plene Ostromirum, ꙗ et ѥ affectae; quas interea, dum ex occulto aliquo codice prosiliant et ipsae (ad exemplum obliteratarum plus mille annis usque ad nostra tempora nuncque denuo prodeuntium e Cloziano codice ѧ, ѩ; ѫ, ѭ; ъ et ь), in hoc grammaticae sacrae compendio per prolepsin anticipavimus, utrumque alphabetum venerati. 3) Sonum *u* vocalis noster et reliqui Glagolitae omnes graeca (et gallica) combinatione оу notant, sono tamen minime diphthongo sed simplici τοῦ *u* germanici aut italici. Et videsis, Glagolitam arctiorem utriusque signi juncturam, imo utramque plane superne cohaerentem exhibere, cum Cyrillianus оу quidem cum Graeco habeat sine junctura, at meliorem etiam juncturam cum eodem Graeco exhibeat in Ѹ majuscula et ѹ minuscula. Nec aliam figuram оу litterae norunt Glagolitae praeter hanc unam; in hoc diversi a Cyrillianis, qui graecam utramque оу et ѹ receperunt, similesque per otium recentiores scioli ne nil sapere viderentur excogitarunt de utriusque usu nugas, ac de о et ѡ, є et е. Russorum denique у pro оу condonandum fortasse est sanae illorum logicae, nolentium elementum simplex signari signis binis, sed dolendum placuisse mutilum у prae pleniori ѹ. Athenienses diu *o* scripserant pro *ου*, Aeolesque *ου* pro *u* etiam brevi: Russi contra у id est *υ* nunc scribunt pro ѹ sive producto sive brevi. Adeo sunt contrarii Graecis! Et quid si Gallus pro *cou* repente scribat *cu*! 4) Quod adhuc fecit summus Dobrovius, non licet amplius confundere ꙗ cum ѧ aut ѩ, nec ѫ cum оу, nec ѭ cum ю, ex quo doctissimus Ostromiri Aristarchus, Al. Vostokov, primus e suo Ostromiro monstravit luculentissime, intercedere aeque certum legitimumque inter has vocales diphthongosque discrimen, ac sit inter Polonorum ę, ię itemque ą, ią et ia, ja, u, iu, ju. In hoc tamen nos quidem a Vostokovio discedimus, quod ille ѧ et ѫ nasales jam credat vocales, itemque ѩ et ѭ nasales diphthongos. Nos nondum credimus: a) quia ipse Polonorum rhinesmus duplex ą et ę videtur sat recens, utpote qui in edito nostra opera et studio antiquissimo dialecti polonicae monumento, psalterio trilingui pro Hedwige Hungara scripto c. 1380, et in fine expleto seculo fere integro vetustiori fragmento nonnisi unus fuerit, signatus c. 1300 *an* syllaba (*san* enim scribitur pro сѧ), c. 1380 vero ϕ (sϕ = сѧ, yego swϕte ymϕ = его свѧтоѥ имѧ, szϕdzϕ - жаждѫ etc.) b) ipse Dobrovius negabat Bohemis unquam notum fuisse rhinesmum, et Zventibaldi Wenceslaique et similia nomina Germanorum tantum corruptelas putabat, pro rectioribus Swatopluk, Waclaw. c) Abhorrent hodiedum a rhinesmo non modo Russi et Bohemi, sed et Cisdanubiani omnes adeo, ut et in peregrinis vocibus caveant, Sочаmque appellent Sontium flumen in Venetis, et Jakin Anconam etc. d) Et quod caput est, vocabula quae lingua sacra scribit per ѧ aut ѫ, nunc sonant sine minimo rhinesmi vestigio Bulgaris, Illyriis, Carantanis omnibus; tantumque producuntur vocales ѧ et ѫ: кнѧзь, рѫка nunc Carniolis sonant knéz, róka, ceteris knêz, rûka. Sed de his cf. quae disputavimus supra p. XXV; neque negamus, etiam pro rhinesmo militare plura, in ipsa Pannonia monumenta. Ipsum e. g. Carantani nomen huc pertinet, quod in Germanorum chronicis omnibus habet *n*: Carantanum, Carentanum, Carintanum, Caruntanum. Carniolis sonat Koratàn regio, et Koróшьц (Корѫшьць) homo e Carantano; Nestori Rutheno Корѫшци nostri sunt хорѫтане.

5) Figuram J latinam substituimus glagoliticae Nro. 13 in Tabula; usum potius et communem omnium grammaticorum sententiam secuti quam nostram persuasionem. Fatemur enim nobis ex hoc codice similem ac olim Levacovichio e psalterio A. 1222 subnasci suspicionem, recentiores glagolitas minus recte uti hoc signo. Sed quod vel ignoravit vel tacuit Levacovichius, nos dicemus libere: Quid si hoc signum non sonet J, sed potius ђ (id est ђ seu dy hungaricum croaticumque, id est *d* colliquescens cum *j* subjecta? Vidit tale ђ D. Vuk in vetustissimo Evangeliorum codice cyrilliano monasterii Nicolja ad Moravam in intima Dardania, usurpatum in vocibus ѕванђелистъ, анђелъ (ipsumque ѣ pro ꙗ ita plane ut utrumque Glagolita noster habet ubique). Hincque patet causa, cur in psalterio glagolitico A. 1222 scribatur Георгїи, non Georgij aut ut Kalendaria glagolitica habent Eorjije; si enim signum J sonabat ђ, scriptura Georgij pronuncianda fuisset Georgiђ quod nolebat Nicolaus presbyter, psalterii scriptor. In nostro codice, praeter usum numeralem pro XXX, nonnisi in vocibus Evangelistae, Angeli, et Aegypti occurrit; ergo ante vocales liquidas *e* et *i*, ubi plerique hodierni populi emollierunt sonum *g* primum in ђ, postea et in *ge* italicum.

6) Quamquam vetustissimi codices utriusque alphabeti careant й figura diphthongi indicandae, nos tamen in lectorum commodum hic eam adhibebimus eodem privilegio, quo Grimmius accentus intulit in suam grammaticam cum ad diphthongos indicandas tum ad quantitatem. Ita e. g. quod in codicis transcriptione fidei debitae causa reliquimus мои sine accentu, in grammatica habebis мой (pro *meus*) et мои (pro *oi ἐμοί*). Toni accentus non adjecimus, quia veros cisdanubianos nondum scimus, transdanubianos utpote alîus dialecti noluimus substituere.

EUPHONIAE SLAVICAE LEGES.

Sicut Graeci e λέγω faciunt λεκτός et λεχθείς, et substantivum λόγος; eodem fere modo Slavorum рекѫ (dico) abit in реченъ et рокъ. Sed longum foret haec persequi. Tu interim haec nota, ad flexionem maxime necessaria.

1) Vocum compositarum cum praepositionibus из-, въз-, без-, низ-, раз- sibilantem lenem з abire in с, quoties

consona durior п, к, т sequatur: неплетѫ etc. Sic et вести inf. a везѫ. Contra nunc гдѣ pro veteri къде, здѣ pro сьде, здравъ pro съдравъ.

II) Sed major etiam accidit sibilantibus permutatio. Solent nempe з, с, ц in densiores cognatas ж, ш, ч mutari, д in жд, т et ст et ск in щ, г in з et ж, х in с et ш, к in ц et ч, sequentibus vocalibus ѩ, ю, ѣ, е, и. Fitque certis legibus haec permutatio:

1) in Vocativo substantivorum masc. ante е: богъ, боже; доухъ, доуше; отрокъ, отроче; кнѧзь, кнѧже; отьць, отьче: Aliae litterae praet. has, in hoc casu non mutantur.

2) Ante е Praeteriti, ante еши, еть Praesentis, ante енъ Participii praet. pass. verborum in ѫ: вьргѫ, вьрже, вьржеши, вьржеть, вьрженъ; иссѧхнѫ, иссѧше; рекѫ, рече.

3) Ante ен (енъ) part. praet. pass. verborum in ити litterae д, т, з, с, ст mutationem subeunt: сѧдити, сѧжденъ; мѧтити, мѧщенъ (мѧштенъ); казити, каженъ; просити, прошенъ; простити, прощенъ; поустити, поущенъ. Sic et ѩжденик a ѩдити, съблажненъ a съблазнити; оумрьщвлкнъ ab оумрьтвити, помышлкнъ a помыслити; ощренъ ab острити. Vides ergo, non solum immediate praecedentem litteram sed et interpositis aliis affici.

4) Ante и Nominativi plur. et ante ѣ Dualis, porro ante ѣ Dativi et Localis, ante и et ѣ Imperativi, mutatur г in з, х in с, к in ц: дроугъ, дроузи, при дроузѣ; грѣхъ, грѣси, ѡ грѣсѣхъ; внoукъ, внoуци, внoуцѣхъ; рѫка, рѫцѣ; нога, нозѣ, рѫка, рѫцѣ (Duales); помогѫ, помози, помозѣте; текѫ, теци, тецѣте. At in formatione primae personae verborum ope ѭ, deinde in derivatione nominum tam ante vocales ѩ, ю, ѣ quam ante ьнъ (енъ) mutantur г, х, к in densiores sibilantes ж, ш, ч: рогъ cornu, рожанъ corneus; книга, книжьнъ; страхъ, страшьнъ; оухо, обоушик; вѣкъ, вѣчьнъ; великъ, величик; плескати, плещѭ. Similiter mutatur ц ante ьнъ et ина in ч: лице, личьнъ; коньць, коньчина.

5) Litterae д, т, ст, et з ac с mutantur ante ѭ primae personae, et ante ѩ in formatione Femininorum ut supra ad 3) monuimus: нѫдити, нѫждѭ; рьдѣти, рьжда; свѣтъ, свѣща; питати, пища; тьсть, тьща(-ѩ); прѣльстити, прѣльщѭ; лазити, лажѭ; лизати, лижѭ; плясати, пляшѭ; гасити, гашѭ.

6) Litterae gutturales, si ante т Infinitivi immediate poni debeant, una cum т mutantur in щ; могѫ, мощи; текѫ, тещи; рекѫ, рещи; пекѫ, пещи.

7) Nota denique н praeponi pronomini и (is) praecedente praepositione: нкго illius, отъ нкго ab illo, къ нкмоу ad illum, при нихъ apud illos, зань pro illo; занк quoniam. Hocque exemplum sequuntur et alia nonnulla: съньмъ conventus, вънѥмѫ attendo, вънидѫ intro, сънидѫ descendo, вънѩти, сънѩти, сънѣсти.

8) Nota et hoc, ск quod in codicibus Russorum, illorumque editionibus mutatur in ст (more fere bohemico), in Cisdanubianorum codd. et edd. semper inveniri in щ: a херoувімьскъй erit in codice russico (на прѣстолѣ) херoувімьстѣмъ, at in cisdanubiano херoувімьщѣмь, prout habes in Glagolita nostro lin. 38; itemque 842 еврѣйщіи etc. Atque haec quidem hactenus.

Sed ecce praepostere haec moneri vix injuriâ queraris lector. Excusabis fortasse, si moneri de his etiam a nobis quocumque demum loco te jure exspectare fueris confessus. Nos enim synopsin tantum grammaticae slavicae hic dare voluimus, non integram grammaticam, quam habes a summo Dobrovio optime digestam, uno Veterum genuino τοῦ ж et ѧ, itemque ѭ et ѩ, quem ille ignorabat, usu excepto. At non ille quidem solus ignorabat, sed cum illo nos quoque reliqui minores Slavistae ad unum omnes; donec ex antiquissimo Ostromiriano Evangeliorum codice sagacissimus Russus Al. Vostokovius eliceret; eo majore dignus laude, quod Poloni potius aut vel Carantani fuisset ad talia attendere, utpote мѫжь aliter quam моужь proferentium, Russis contra cum Bohemis et Illyriis nil distinguentibus. Nos ergo a Vostokovio meliora edocti in hac linguae sacrae brevi grammatica Dobrovii lectissima paradigmata ad correctiorem orthographiam exacta repraesentabimus. Moneamus igitur et sequentia.

DE DECLINATIONE SLAVICA.

Numeros lingua Slavica habet tres, sicut Graeca, tam in Nomine quam in Verbo: Singularem, Dualem et Pluralem. Casus septem: Nominativum, Genitivum, Dativum, Accusativum, Vocativum, Localem et Instrumentalem (aliis dictos Praepositionalem et Sociativum). Genus Slavo triplex est, prout Graecis, Latinis et Germanis.

Adjectivorum bina quasi sunt genera; definitorum nempe et indefinitorum (alii integra et apocopata vocant). Altera concreta quasi sunt substantivis suis, altera per copulam tantum de iis praedicata: e. g. *frater meus est aegrotus* Slavus reddit братъ мой больнъ нсть: contra *frater meus aegrotus dicit* братъ мой больнъй глаголкть. Haec Latinus non distinguit, neque Graecus, nec Europaei romanenses, at cum Slavo distinguit suo quidem modo Germanus: *mein Bruder ist krank*, et *mein kranker Bruder sagt*.

Pronomina Slavus habet etiam enclitica, sicut est Graecum δός μοι, et recentiorum Romanensium dammi et donnez-moi. Imo et ad possessivorum pronominum quasi imitationem etiam similia possessiva formavit ab omnibus plane substantivis: братовъ, а, о qui, quae, quod fratris est, сестринъ qui sororis est, павль, ѩ, к qqq. Pauli est, божїй, ия, ик qqq. Dei est.

Verbo Slavico hoc est quasi peculiare, quod temporis aut simalis durationis vim ipsi verbi formae indidere. Exemplum rei habes in germanicis verbis gehen et kommen, suchen et finden; vides prius significare actionem eundi quasi mediam et adhuc durantem, cum kommen jam absolutam ostendat et hominem ea peracta jam coram te stantem. Sed talium verborum aliae linguae nonnisi singula exempla habent, eaque diversae originis: Slavus contra in omnibus plane verbis parva ejusdem verbi mutatione hoc momentum distinguit ad amussim. Ipsaque Slavicarum dialectorum meliora lexica simul exhibent binas has verborum formas; verbum perfectivum et imperfectivum appellantia. Cf. Fr. A. Wolfii Praelectiones philologicas, qui quamvis Slavicae linguae plane rudis, eandem tamen quasi principalem legem Verbo posuit! Sed jam ad ipsa Declinationis Slavicae, tam Nominum quam Verborum Paradigmata accede lector; et praevie animadverte sis omnem tam Nominum quam Verborum declinationem apud Slavos fieri in fine vocum sine exceptione, neque Verbis e. g. slavicis accidere aliquod sive Graecorum sive Germanorum augmentum aut reduplicationem initialem, qualia sunt ἔγραψα a γράφω, aut γέγραφα, aut momordi, aut geschrieben aut vel ausgeschrieben.

CAPUT II.

PARADIGMATA DECLINATIONIS SUBSTANTIVORUM.

	Masculinorum I.				Masculinorum II.			
	1) servus	2) filius	3) jugum	4) domus	1) Caesar	2) medicus	3) ἄρχων	4) formica
Singularis.								
Nominat.	рабъ	сꙑнъ	ꙗрьмъ	домъ	цѣсарь	врачь	кнѧзь	мравий
Genitiv.	раба	сꙑна	ꙗрьма	домоу	цѣсарꙗ	врача	кнѧзꙗ (зѣ)	мравиꙗ
Dativ.	рабоу	сꙑнови	ꙗрьмоу	домоу	цѣсарю	врачеви	кнѧзю	мравию
Accus.	рабъ (раба)	сꙑнъ (-на)	ꙗрьмъ	домъ	цѣсарь (-рꙗ)	врачь (-ча)	кнѧзь (-зꙗ)	мравий(-виꙗ)
Vocat.	рабе	сꙑне	ꙗрьме	доме	цѣсарю	врачоу	кнѧже	мравию
Local.	рабѣ	сꙑнѣ	ꙗрьмѣ	домоу	цѣсари	врачи	кнѧзи	мравий
Instrum.	рабомь (г.-ъ)	сꙑномь (-ъ)	ꙗрьмомь(-ъ)	домомь (-ъ)	цѣсарѥмь(ъ)	врачемь (-ъ)	кнѧземь(-ъ)	мравиѥмь (ъ)
Dualis.								
Nom.	раба	сꙑна	ꙗрьма	дома	цѣсарꙗ	врача	кнѧзꙗ	мравиꙗ
Gen.	рабоу	сꙑноу	ꙗрьмоу	домоу	цѣсарю	врачоу	кнѧзю	мравию
Dat.	рабома	сꙑнома	ꙗрьмома	домома	цѣсарѥма	врачема	кнѧзема	мравиѥма
Acc.	раба	сꙑна	ꙗрьма	дома	цѣсарꙗ	врача	кнѧзꙗ	мравиꙗ
Voc.	раба	сꙑна	ꙗрьма	дома	цѣсарꙗ	врача	кнѧзꙗ	мравиꙗ
Loc.	рабоу	сꙑноу	ꙗрьмоу	домоу	цѣсарю	врачоу	кнѧзю	мравию
Instr.	рабома	сꙑнома	ꙗрьмома	домома	цѣсарѥма	врачема	кнѧзема	мравиѥма
Pluralis.								
Nom.	раби	сꙑнове	ꙗрьми	домове	цѣсариѥ	врачеве	кнѧзи	мравиѥ
Gen.	рабъ	сꙑновъ	ꙗрьмъ	домовъ	цѣсарий	врачевъ	кнѧзь	мравий
Dat.	рабомъ	сꙑномъ	ꙗрьмомъ	домомъ	цѣсарѥмъ	врачемъ	кнѧземъ	мравиѥмъ
Acc.	рабꙑ	сꙑновꙑ	ꙗрьмꙑ	домꙑ	цѣсарѧ	врачѧ	кнѧзѧ	мревиѧ
Voc.	раби	сꙑнове	ꙗрьми	домове	цѣсариѥ	врачеве	кнѧзи	мравиѥ
Loc.	рабѣхъ	сꙑновѣхъ	ꙗрьмѣхъ	домехъ	цѣсарѥхъ	врачехъ	кнѧзехъ	мравиѥхъ
Instr.	рабꙑ	сꙑновꙑ	ꙗрьмꙑ	домꙑ	цѣсари	врачи	кнѧзи	мравий

Notae generales. 1) Vides universam declinationem masculinorum bifariam dividi, prout scil. ъ terminentur, aut ь. Priora о habent in flexionis augmento, altera е, quarum nempe vocalium ъ et ь proxime sunt affines. — 2) Accusativum sing. vides antiquitus non differre a Nom., Recentioribus contra animatorum Acc. esse aequalem Genitivo. — 3) Ostromiri codex in Instr. pro омь habet ъмь, itemque ьмь pro емь. Nos nondum adoptavimus, cum nec Glagolita nec alii Cisdanubiani haec norint, et ex altera parte fragmentum psalterii sec. XI russicum scribat на дъгматѣхъ, aperte russicâ τοῦ ъ pronunciatione pro догматѣхъ. 4) Vides nos nec ъ vocalem mutescentem cum Dobrovio abjecisse, nec ь in medio ꙗрьмъ, cui cf. polon. jarzmo tenacissimum рь (rz) junctae. 5) Vides item, nos ꙗ non confundere ad illius et Russorum exemplum cum ѧ, nec ѫ cum оу sed diligenter distinguere cum Veteribus. 6) De augmentis -ов- et -ев- satis habuimus exempla dare, ne mireris quum offenderis; monemus tamen codices in his formis demtis additisque multum variare: сꙑнъ e. g. etiam sine augmento invenias declinatum ut рабъ. Amant augmentum praeprimis Dat. sing. et Nom. plur. богови, богове; врачеви, врачеве. Genit. contra plur. fere mavult рабъ, богъ, врагъ, quam рабовъ, боговъ, враговъ. 7) Nota, gentilia in -нинъ in plurali, abjecto нинъ, (quod rec. Carantani et Bohemi nec in Singul. amant) amare не: Римлꙗнинъ, pl. Римлꙗ́не etc. Sic et hodie Carniolis Доброушáне, Рѣпьньчáне, Водичáне, Лѫчáне, Люблꙗ́ньчане etc. 8) Nota denique, Hodiernos Instr. Sing. facere in -мъ pro мь, hocque ex parte jam praeivisse nostrum Glagolitam: at Ostromir constanter habet -мь tam in Subst. quam Adjectivis.

Anomala masculina.

	(via)	(dies)	(dominus)	(homines)
Singularis				
Nom.	пѫть	дьнь	господь	
Gen.	пѫти	дьне	господа (et -ди)	
Dat.	пѫти	дьни	господоу	
Acc.	пѫть	дьнь	господь	
Voc.	пѫти	дьни	господи	
Loc.	пѫти	дьни	господѣ	
Instr.	пѫтемь	дьнемь	господемь	
Dualis.				
Nom.	пѫти	дьни	господа	
Gen.	пѫтию	дьнию	господию	
Dat.	пѫтима	дьнима	господема	
Acc.	пѫти	дьни	господа	
Voc.	пѫти	дьни	господа	
Loc.	нѫтию	дьнию	господию	
Instr.	пѫтима	дьнима	господема	
Pluralis.				
Nom.	пѫтиѥ	дьниѥ	господиѥ	людиѥ
Gen.	пѫтий	дьний	господий	людий
Dat.	пѫтемъ	дьнемъ	господемъ	людемъ
Acc.	пѫти	дьни	господꙑ	люди
Voc.	пѫтиѥ	дьниѥ	господиѥ	людиѥ
Loc.	пѫтехъ	дьнехъ	посподехъ	людехъ
Instr.	пѫтьми	дьньми	господьми	людьми

дьнь seu день sequuntur omnia in -ень terminata, ut камень lapis, пламень flamma, корень radix. огънь regulariter inflectitur: огънꙗ, огъню etc. — гость hospes in plur. sequitur людиѥ.

Notae in singulos casus declinationis I et II.

Genitivus Sing. in I decl. est etiam inanimatorum: плода, меда, моста, вѣка. Subinde tamen оу: домоу, хлѣбоу, полоу, медоу, мостоу. In II. praeter е (камене) etiam и: ѕвѣри pro ѕвѣрꙗ, гортани, лакти.

Dativus in II etiam и: ѕвѣри, пламени, камени, гортани.

Vocativus I. regularis est in е, raro in оу: сыноу, маркоу. In II quaedam respuunt ю, malentia е: кнѧже. Sic omnia in ьць (ець) terminata: отьче, старьче ab отьць, старьць. Adde Nom. propr. in ий: николае, григорие.

Localis ѣ in I. etiam inanimatis convenit: на сънъмѣ, въ старѣимъ завѣтѣ. Quaedam tamen оу admittunt: въ гробоу penes гробѣ; въ жглоу et жглѣ, въ домоу, законоу, станоу, на ономъ полоу etc.

Instrum. in II емь: елеемь. Subinde tamen et омь: їереомь; quamquam hoc vitium potius videatur e recentiori dialecto.

Plur. Nom. in и etiam inanimatis communis est, ita ut ы apertus sit russismus: снѣзи non снѣзы, облаци non облацы. Gentilia amant е: Галате, критѣне. Pro ие II. desinentia in ьць habent и: отьци, юньци, коньци, агньци, старьци, тельци. Imo et alia, ut: мечи, вои. Desinentia in ий pro ие aut їе amant е (е): ходатае, їерее, фарисѣе. Sic et terminata in тель subinde invenias in ле pro лие: оучителе pro оучителие. Cf. supra p. 44 notam nostram de fragm. psalterii.

Plur. Gen. sine augmento овъ in I valde frequens est, praecipue cum praepositionibus (quae tonum attrahunt). Scis tales Genitivos plur. ab hodiernis grammaticis distingui a Nom. sing. ope є et ѡ, ubi Sing. habuit е et о, in aliis ope camorae (camerae scil. ^) vocali pluralis impositae! отєцъ, пророкъ, власъ, вѣтръ, дѹхъ sunt tales Genit. plur. distincti a Nom. sing. отецъ, пророкъ, власъ, вѣтръ, дѹхъ. Sed Veteres ignorant difficiles has nugas, contenti sonum vocum reddere scribendo, non grammaticam. Pro їй, Russi praesertim, amant ей: дней pro днїй; людей, царей, лактей etc.

Plur. Dat. I in омъ, II in емъ nunc sola vocali gottschedica ѡ et є differt ab Instrumentali sing. At in antiquis codd. Instrumentalis мь habet, Dativ. contra pl. мъ.

Plur. Acc. in I. semper est ы, maleque Russi post г, х, к, Polonos imitati, scribunt и. In II. est in ѧ (Serbi е scribunt cum Carniolis): родителѧ, мѫжѧ, отьцѧ. Subinde tamen et и: кони pro конѧ, uti in anomalis пѫти, люди, гости, дьни. At оучители, камени, оўш, жерцы apud Mrazovih russismi sunt.

Plur. Loc. exit in ѣхъ aut ехъ. Nonnunquam et in охъ: домохъ, сынохъ.

Plur. Instr. in I proprie est in ы, non ми, nedum ами russice. In II plura sunt quae ми admittant: мольми, ѕвѣрьми, гвоздьми; praecipue anomala: дьньми. In Duali hoc casu ома et ема regularis est inflexio.

братъ tandem in Singulari I, in Plur. II potius est declinationis: братъ, брата, братоу etc. Plur. братие, братїй, acc. братїѧ; quamquam in Plur. collectivum potius femininum vigeat: братиꙗ, братиѧ, братии, братиѭ, братие etc. (Serbis браћа).

Neutrorum.

	I.	II.			III.	
	Singularis.					
	(sermo)	(facies)	(doctrina)	(nomen)	(pullus ovillus)	(coelum)
Nom.	слово	лице	оучение (-нье)	имѧ	овча	небо
Gen.	слова	лица	оучениꙗ (-ньа)	имене	овчате	небесе
Dat.	словоу	лицоу	оучению (-нью)	имени	овчати	небесоу
Acc.	слово	лице	оучение	имѧ	овча	небо
Voc.	слово	лице	оучение	имѧ	овча	небо
Loc.	словѣ	мици	оученїи (-нӥ)	имени	овчати	небеси
Instr.	словомь	лицемь	оучениемь (нимь)	именемь	овчатемь	небесемь
	Dualis.					
Nom.	слова	лица	оучениꙗ (-ньа)	имена	овчата	небеса
Gen.	словоу	лицоу	оучению (-нью)	именоу	овчатоу	небесоу
Dat.	словома	лицема	оучениема (ньема)	именема	овчатема	небесема
Acc.	слова	лица	оучениꙗ	имена	овчата	небеса
Voc.	слова	лица	оучениꙗ	имена	овчата	небеса
Loc.	словоу	лицоу	оучению	именоу	овчатоу	небесоу
Instr.	словома	лицема	оучениема	именема	овчатема	небесема
	Pluralis.					
Nom.	слова	лица	оучениꙗ (ньа)	имена	овчата	небеса
Gen.	словъ	лицъ	оучений	именъ	овчатъ	небесъ
Dat.	словомъ	лицемъ	оучениемъ (ньемъ)	именемъ	овчатемъ	небесемъ
Acc.	слова	лица	оучениꙗ	имена	овчата	небеса
Voc.	слова	лица	оучениꙗ	имена	овчата	небеса
Loc.	словѣхъ	лицѣхъ	оучениихъ	именехъ	овчатехъ	небесѣхъ
Instr.	словы	лици	оучении	имены	овчаты	небесы

Notae generales: 1) Huc pertinent etiam pluralia tantum: врата, оуста, ad I, ладвиꙗ ad II. 2) Epenthesi -ен- augentur omnia in мѧ terminata; imo et рамо invenias auctum рамене etc. (quasi a рамѧ): in Duali tamen non-

nisi рамѣ. 3) Epenthesin -ѧт- (non russ. -ат-) accipiunt derivata pullorum animalium nomina: жрѣбѧ, ослѧ, овчѧ, телѧ. Sic et отрочѧ puellus et дѣтѧ infans. 4) Epentheseos -ес- plurima in о capacia sunt; ipsum слово e. g. penes слова habet et словесе; sic et дѣло, дѣлесе; чюдо, чюдесе; дрьво, дрьвесе. Invenias et оудеса, membra, quasi ab оудо, cum alias оудъ in sing. masculinum sit. A колеса Russi novum Nominativum колесо fecere, cum alias sit коло. 5) Genere anomala sunt око et оухо; in Duali enim очи et оуши sunt feminina, in plur. redeunt ad neutra: очеса, оушеса. Sic et дѣтѧ, дѣтѧте in plur. est femin. дѣти.

Notae in quosdam casus particulares. 1) In hodiernis libris ле, ре terminata (pro vetustiori лѥ, рѥ) in casibus in ꙗ et ю exeuntibus, neglectas vocales jotatas reducunt: море, морꙗ, морю: поле, полꙗ, полю. 2) Genitivi sunt russici имени, сѣмени pro имене, сѣмене veris. 3) Loc. II verus est in и: слъньци, срьдьци, non солнцѣ, сердцѣ russice. 4) Plur. genit. in їй eorum est, quae in иѥ seu їе exeunt: копїй a копїе; оржїй ab оржїе. A сто, centum, fit сътъ, russ. сотъ: пѧть сътъ quingenti. Euphonicam vocalem о et е Russi inserunt in talibus; Veteres ъ et ь retinebant: pro срьдьць cordium, Russi сердецъ fecere. 5) Plur. Dat. in амъ pro омъ et емъ, Russorum est. Sic et Instr. in ами pro ы et и. 6) Loc. Plur. ехъ invenies et ѣхъ; rarius охъ. Post щ etiam ехъ occurrit pro ихъ; at post ї seu и omnino ихъ legitimum est: на распѧтїихъ rectius quam въ распѹтїахъ vulgati textus. 7) In Instr. plur. desinentia in їе admittunt quandoque ми: знаменьми, беззаконьми Adde et братми inveniri pro братъı et врѣменьми pro врѣменъı.

Declinatio Femininorum.

Singularis.

	I.	II.		III.	IV.
Nom.	вода	волꙗ	ладиꙗ	црькъı (црьковь)	кость
Gen.	водъı	волѩ	ладиѩ	црькве	кости
Dat.	водѣ	воли	ладии	црькви	кости
Acc.	водѫ	волѭ	ладиѭ	црькъвь (црьковь)	кость
Voc.	водо	волѥ	ладиѥ	црькви	кости
Loc.	водѣ	воли	ладїи	црькви	костиѭ
Instr.	водоѭ	волѥѭ	ладиѥѭ	црьквиѭ	кости

Dualis.

	I.	II.		III.	IV.
Nom.	водѣ	воли	ладїи	црькви	кости
Gen.	водоу	волю	ладию	црьквию	костю
Dat.	водама	волꙗма	ладиꙗма	црьквама	костьма
Acc.	водѣ	воли	ладїи	црькви	кости
Voc.	водѣ	воли	ладїи	црькви	кости
Loc.	водоу	волю	ладию	црьквию	костью
Instr.	водама	волꙗма	ладиꙗма	црьквама	костьма

Pluralis.

	I.	II.		III.	IV.
Nom.	водъı	волѩ	ладиѩ	црькве	кости
Gen.	водъ	воль	ладїй	црьквїй	костїй
Dat.	водамъ	волꙗмъ	ладиꙗмъ	црьквамъ	костемъ
Acc.	водъı	волѩ	ладиѩ	црькве	кости
Voc.	водъı	волѩ	ладиѩ	црькве	кости
Loc.	водахъ	волꙗхъ	ладиꙗхъ	црьквахъ	костехъ
Instr.	водами	волꙗми	ладиꙗми	црьквами	костьми

Notae generales. 1) ad I. spectant et masculina а terminata: воевода, юнота, слоуга. 2) ad II. Feminina et Masc. in ꙗ; hinc et in жда (жа), жа, ша, ча, ца, щa, utpote quorum ꙗ cum praecedenti consona coaluit: нѫжда, госпожда, кожа, мрѣжа, стража, доуша, чаша, овца, мъıшца, птица, пища (пишта); et Masculina: вельможа, юноша, прѣдътеча. Ista et in Acc. admittunt ѫ pro ѭ: доушѫ pro доушѭ. 3) Huc pertinent etiam Fem. formae -ъıни veteris, penes -ъıнꙗ: кънѧгъıни, рабъıни. Horum Voc. similis est Nominativo; Plur. кънѧгъıнѩ, рабъıнѩ. 4) Russi mascul. сѫдиꙗ, юноша in Genit. sing. et Nom. plur. inflectunt in и: соудїи, юноши. At vetus et genuina inflexio est in ѧ et ѩ. 5) ad III. spectant desinentia in ъвь seu ъви: кръвь seu кръви, црькъвь seu црькви. Feminina formae ъı ut любъı, ѩтръı, свекръı, Carniol. кръı (sanguis) casus obliquos petunt a любъвь, ѩтръвь, свекръвь. Sic et неплодъı, Acc. неплодъвь, Genit. неплодъве. Nota et црькъı formam antiquam proximam fonti suo germanico Kirche. 6) мати et дъщи inserunt epenthesin -ер-: мати, матере, матери, матерь, мати, матери, материѭ. Plur. матере et матери; матерїй, матеремъ, матере (-ри) матере (-ри), матерехъ, матерьми. Sic et дъщи, дъщере, дъщери etc. In plur. penes дъщере et дъщери etiam дъщерѧ, Dat. дъщерꙗмъ invenias, conformiter IIdae. 7) ad IV. pertinent Feminina in consonas liquidas desinentia (exceptis quae sunt III in ъвь): скърбь, дань, сѣнь, мъıсль, льсть, радость, рѣчь, жлъч, нощь. Pluralia: ꙗсли, гѫсли, двьри, дѣти, пьрси. Кръвь tertiae, plur. facit кръви.

Notae particulares in quosdam casus.

Genit. sing. II in и, et Dat. in ѣ (pro vero ѩ et и) est russica inflexio, in editionibus librorum sacrorum

a Russis curatis passim obvia: земли, тли, стези, дѹши pro землѩ, тлѩ, стьзѩ, доуша; et волѣ, ржѣ, птицѣ pro воли (i. e. вольи, ржи, птици). Instr. -ѥѭ et -иѭ Russi in -ью contrahunt: смертью pro съмрьтиѭ; Cf. quae de codicis sec. XI. -ьѥ pro -иѥ adnotavimus p. 43. Genit. plur. si plures consonae concurrant, inserere nunc euphonicam vocalem є jam scis: sed Veteres, quibus ъ et ь vocales erant (sicut hodieque sunt Carniolanis) nil opus habebant hoc remedio: тѣмъ Genit. plur. antiqui scribebant тьмъ, sicut тьма Nominativi. Eodem plane modo et Carnioli haec efferunt in hodiernum diem.

CAPUT III.

ADJECTIVORUM DECLINATIO.

Praemonita. Adjectivum slavicum universim duplex est, scil. aut praedicatum tantum, aut concretum. Prius de regula sequitur substantivum et copulam; alterum sive praemissum sive subditum sine copula, substantivi quasi partem integrantem constituit. Sed haec generalis divisio etiam aliis quasi usibus subservit. Adjectiva e. g. possessiva мой, твой, нашь, вашь, Давидовъ, братовъ etc. praedicatam tantum formam admittunt: numeralia contra прьвъій, вторъій, третїй nonnisi concretam. Praedicata substantiva imitantur declinatione, concreta magis sui quasi sunt juris. Primum genus russicis grammaticis est adjectivi apocopati (quod nempe breviorem formam exhibeat quam) alterum integri adjectivi. Dobrovius brevius vocat indefinitum, alterum definitum adjectivum. En paradigmata.

Adjectivorum indefinitorum declinatio.

	I.			II.					
Singularis.	Masc.	Fem.	Neutr.	Masc.	Fem.	Neutr.	Masc.	Fem.	Neutr.
Nom.	павловъ	павлова	павлово	павль	павлꙗ	павлѥ	нищь	нища	нище
Gen.	павлова	павловъі	павлова	павлꙗ	павлѩ	павлꙗ	нища	нищѧ	нища
Dat.	павловоу	павловѣ	павловоу	павлю	павли	павлю	нищоу	нищи	нищоу
Acc.	павловъ(-ва)	павловѫ	павлово	павль (-лꙗ)	павлѭ	павлѥ	нищь(ща)	нищѫ	нище
Voc.	павловъ	павлова	павлово	павль	павлꙗ	павлѥ	нищь	нища	нище
Loc.	павловѣ	павловѣ	павловѣ	павли	павли	павли	нищи	нищи	нищи
Instr.	павловомь	павловоѭ	павловомь	павлѥмь	павлѥѭ	павлѥмь	нищемь	нищеѭ	нищемь
Dualis.									
Nom.	павлова	павловѣ	павловѣ (-ва)	павлꙗ	павли	павли	нищи	нищи	нищи
Gen.	павловоу	павловоу	павловоу	павлю	павлю	павлю	нищю	нищю	нищю
Dat.	павловома	павловама	павловома	павлѥма	павлꙗма	павлѥма	нищема	нищама	нищема
Acc.	павлова	павловѣ	павловѣ (-ва)	павлꙗ	павли	павли	нища	нищи	нища
Voc.	павлова	павловѣ	павловѣ (-ва)	павлꙗ	павли	павли	нища	нищи	нища
Loc.	павловоу	павловоу	павловоу	павлю	павлю	павлю	нищю	нищю	нищю
Instr.	павловома	павловама	павловома	павлѥма	павлꙗма	павлѥма	нищема	нищама	нищема
Pluralis.									
Nom.	павлови	павловъі	павлова	павли	павлѩ	павлꙗ	нищи	нищѧ	нища
Gen.	павловъ	павловъ	павловъ	павль	павль	павль	нищь	нищь	нищь
Dat.	павловомъ	павловамъ	павловомъ	павлѥмъ	павлꙗмъ	павлѥмъ	нищемъ	нищамъ	нищемъ
Acc.	павловъі	павловъі	павлова	павлѧ	павлѩ	павлꙗ	нищѧ	нищѧ	нища
Voc.	павлови	павловъі	павлова	павли	павлѩ	павлꙗ	нищѧ	нищѧ	нища
Loc.	павловѣхъ	павловахъ	павловѣхъ	павлѣхъ	павлꙗхъ	павлѣхъ	нищехъ	нищахъ	нищехъ
Instr.	павловъі	павловами	павловъі	павли	павлꙗми	павли	нищи	нищами	нищи

Adjectivi definiti declinatio I.

Singularis.				Dualis.				Pluralis.			
N.	свѧтъій	свѧтаꙗ	свѧтоѥ	N.	свѧтаꙗ	свѧтѣи	свѧтѣи	N.	свѧтїи	свѧтъіѩ	свѧтаꙗ
G.	— таго	— тъіѩ	— таго	G.	— тоую	— тоую	— тоую	G.	— тъіхъ	— тъіхъ	— тъіхъ
D.	— томоу	— той	— томоу	D.	— тъіма	— тъіма	— тъіма	D.	— тъімъ	— тъімъ	— тъімъ
A.	— тъій(аго)	— тѫѭ	— тоѥ	A.	— таꙗ	— тѣи	— тѣи	A.	— тъіѩ	— тъіѩ	— таꙗ
V.	— тъій	— таꙗ	— тоѥ	V.	— таꙗ	— тѣи	— тѣи	V.	— тъіи	— тъіѩ	— таꙗ
L.	— томь	— той	— томь	L.	— тоую	— тоую	— тоую	L.	— тъіхъ	— тъіхъ	— тъіхъ
I.	— тъімь	— тоѭ	— тъімь	I.	— тъіма	— тъіма	— тъіма	I.	— тъіми	— тъіми	— тъіми

Adnotatio. Veteres Masculinum magis etiam elongabant, ut habes in Ostromiri et Nostro codd. свѧтааго, свѧтоуоумоу, свѧтъіимь et plur. свѧтъіихъ, свѧтъіимъ, свѧтъіими. Similiterque II. declinationis -ихъ, ими distrahebant in -иихъ, -иимъ, -иими. Item Sing. Dat. et Loc. f. etiam свѧтѣй, Loc. m. свѧтѣмь faciebant.

Adjectivi definiti declinatio II.

	a)			b)		
			Singularis.			
Nom.	вышнїй	вышнꙗꙗ	вышнєє	велїй	велиꙗ	велиє
Gen.	— шнꙗго	— шнѩ	— шнꙗго	— лиꙗго	— лиѩ	— лиꙗго
Dat.	— шнємоу	— шнєй	— шнємоу	— лиємоу	— лиєй	— лиємоу
Acc.	— шнїй (-ꙗго)	— шнѭѭ	— шнєє	— лїй (-лиꙗго)	— лиѭ	— лиє
Voc.	— шнїй	— шнꙗꙗ	— шнєє	— лїй	— лиꙗ	— лиє
Loc.	— шнємь	— шнєй	— шнємь	— лиємь	— лиєй	— лиємь
Instr.	— шнимь	— шнєѭ	— шнимь	— лїимь	— лиєѭ	— лїимь
			Dualis.			
Nom.	вышнꙗꙗ	вышнїи	вышнїи	велиꙗ	велїи	велїи
Gen.	— шнюю	— шнюю	— шнюю	— лию	— лию	— лию
Dat.	— шнима	— шнима	— шнима	— лїима	— лїима	— лїима
Acc.	— шнꙗꙗ	— шнїи	— шнїи	— лиꙗ	— лїи	— лїи
Voc.	— шнꙗꙗ	— шнїи	— шнїи	— лиꙗ	— лїи	— лїи
Loc.	— шнюю	— шнюю	— шнюю	— лїю	— лїю	— лїю
Instr.	— шнима	— шнима	— шнима	— лїима	— лїима	— лїима
			Pluralis.			
Nom.	вышнїи	вышнѩ	вышнꙗꙗ	велїи	велиѩ	велиꙗ
Gen.	— шнихъ	— нихъ	— нихъ	— лїихъ	— лїихъ	— лїихъ
Dat.	— шнимъ	— нимъ	— нимъ	— лїимъ	— лїимъ	— лїимъ
Acc.	— шнѩ (-нѩѩ)	— нѩ (-нѩѩ)	— нꙗꙗ	— лиѩ	— лиѩ	— лиꙗ
Voc.	— шнїи	— нїи	— нꙗꙗ	— лїи	— лиѩ	— лиꙗ
Loc.	— шнихъ	— нихъ	— нихъ	— лїихъ	— лїихъ	— лїихъ
Instr.	— шними	— ними	— ними	— лїими	— лїими	— лїими

Gradus Comparationis Adjectivorum.

Comparativum Slavi formant tribus modis:

I) M. -їй, F. -ши, N. ѣє, ex. gr.
оунїй, оуньши, оунѣє ab adv. оунє (melius)
мьнїй, мьньши, мьнѣє — мьнє —
болїй, больши, болѣє — болє —

Pro їй scribitur et ѣй: болѣй, крѣплѣй.

II) M. -шїй, F. -шаꙗ (ши), N -шеє (шє).
лоучьшїй, лоучьшаꙗ, лоучьшеє

Hujus formae etiam оунїй, мьнїй, болїй sunt capacia: оуньшїй, мьньшїй, большїй. Praecipue autem adjectiva in -окъ et ъкъ, abjecta hac terminatione, amant radici suae hoc шїй affigere: глѫбьшїй, дальшїй, ширьшїй, жестьшїй a глѫбокъ, далекъ, широкъ, жестокъ; itemque крѣпъкъ, тънъкъ, сладъкъ, кратъкъ, кротъкъ, тѧжькъ: крѣпьши et крѣпльши, сладьши, кратьши etc.

III. M. ѣйшїй; et post ж, ш, ч: айшїй (i. e. ꙗйшїй): юнѣйшїй junior, силнѣйшїй fortior; нижайшїй inferior, ближайшїй propior, оубожайшїй pauperior. Ipsaque formae II adjectiva etiam hanc possunt formam induere: глѫбочайшїй далечайшїй.

Superlativus plerumque suppletur tertia hac forma Comparativi: мѫдрѣйшїй sapientissimus (nisi malis habere pro neograecismo, qui Cyrilli aevo jam erat *καλήτερος* pro *κάλλιςος*, *σοφώτερος* pro *σοφώτατος*). Vides tamen jam illi in найпаче et nostro Glagolitae in найскорѣє fuisse notam hodiernorum Cisdanubianorum formam Superlativi. Videturque haec най particula nata ex надь (supra), ut adeo найскорѣє sit quasi supra citius, aut germ. am (i. e. an dem) schnellsten.

Nota jam hic, Adverbia ab Adjectivis derivata et Comparationis capacia, inflecti non aliter ac neutra, quae hic vides, Adjectivorum: най скорѣє citissime.

CAPUT IV.

PRONOMINUM PERSONALIUM DECLINATIO.

Singularis.				Dualis.				Pluralis.		
	(ego)	(tu)	(sui, sibi, se)		(nos ambo)	(vos ambo)	(sui, sibi, se)		(vos)	(nos)	(sui, sibi, se)
N.	азъ	ты	—	N.	ва, f. вѣ	—	—	N.	мы	вы	—
G.	мене (мѧ)	тебе (тѧ)	себе (сѧ)	G.	наю	ваю	себе (сѧ)	G.	насъ	васъ	себе (сѧ)
D.	мнѣ (ми)	тебѣ (ти)	себѣ (си)	D.	нама	вама	себѣ (си)	D.	намъ (ны)	вамъ (вы)	себѣ (си)
A.	мене (мѧ)	тебе (тѧ)	себе (сѧ)	A.	ва f. вѣ	—	себе (сѧ)	A.	насъ, (ны)	васъ, (вы)	себе (сѧ)
V.	азъ	ты	—	V.	ва f. вѣ	—	—	V.	мы	вы	—
L.	мнѣ	тебѣ	себѣ	L.	наю	ваю	себѣ	L.	насъ	васъ	себѣ
I.	мноѭ	тобоѭ	собоѭ	I.	нама	вама	собоѭ	I.	нами	вами	собоѭ

Nota. Nosti Italorum et Gallorum pronomina personalia ex parte duplicia: Datemi, donnez-moi et Date a me, donnez à moi; Vi cerco, je vous cherche, et Cerco voi, c'est vous que je cherche. Eodem fere modo Slavi veteres, et hodierni omnes, utuntur emphatica forma ante praepositiones et initio Constructionis, breviori et quasi enclitica alias. Quamquam haec ad syntaxin pertineant, licebit tamen vacuum hocce spatium nonnullis rei exemplis e Glagolita nostro petitis explere:

L. 663: помѣни мѧ memento mei. L. 11: мене ради mea gratia. L. 87: любѧй оца ли матерь паче мене, нѣсть ми на подобѫ: Amans patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.

L. 84: не вѣдѣхъ тѧ non te novi. L. 470: тебе врага сѫшта te inimicum. L. 248: оуготоваємъ тебѣ ѣсти пасхѫ et 258: оуготоваємъ ти ѣсти пасхѫ praeparemus tibi manducare pascha.

L. 187 самъ сѧ прѣдаѭ ipse me trado. 185: себе прѣдаєтъ se tradit. 222: сами о себѣ ipsi per se (sponte).

Declinatio pronominum tertiae personae.

II.

Singularis.

	(illo)	(illa)	(illud)	(is)	(ea)	(id)
Nom.	онъ	она	оно	(онъ)	(она)	(оно)
Gen.	оного	оноѩ	оного	ѥго	ѥѩ	ѥго
Dat.	ономоу	оной	ономоу	ѥмоу	ѥй	ѥмоу
Acc.	онъ(-ого)	онѫ	оно	й	ѭ	ѥ
Voc.	онъ	она	оно	—	—	—
Loc.	ономь	оной	ономь	ѥмь	ѥй	ѥмь
Instr.	онѣмь	оноѭ	онѣмь	имь	ѥѭ	имь

Dualis.

Nom.	она	онѣ	онѣ	(она)	(онѣ)	(онѣ)
Gen.	оноу	оноу	оноу	ѥю	ѥю	ѥю
Dat.	онѣма	онѣма	онѣма	има	има	има
Acc.	она	онѣ	онѣ	ꙗ	и	ꙗ
Voc.	она	онѣ	онѣ	—	—	—
Loc.	оноу	оноу	оноу	ѥю	ѥю	ѥю
Instr.	онѣма	онѣма	онѣма	има	има	има

Pluralis.

Nom.	они	онъі	она	(они)	(онъі)	(она)
Gen.	онѣхъ	онѣхъ	онѣхъ	ихъ	ихъ	ихъ
Dat.	онѣмъ	онѣмъ	онѣмъ	имъ	имъ	имъ
Acc.	онъі	онъі	она	ѩ	ѩ	ꙗ
Voc.	они	онъі	она	—	—	—
Loc.	онѣхъ	онѣхъ	онѣхъ	ихъ	ихъ	ихъ
Instr.	онѣми	онѣми	онѣми	ими	ими	ими

Secundum и etiam relativum иже (qui) declinatur: ѥгоже, ѥмоуже etc. Nam же particula est indeclinabilis, sicut e. g. graecum περ in ὅσπερ, οὗπερ, ᾧπερ etc. Ceterum cf. hoc nostrum й (ji) cum lat. is, ea, id. et gr. ἵ nunc nostro й denuo confirmato. Вьсакъ (omnis) sicut онъ declinatur. Et къто (quis) in reliqua declinatione abjecto то (sicut e. g. Jupiter in obliquis casibus abjicit patrem) sequitur онъ declinationem: къто, кого, комоу; at Instr. facit more Adjectivorum къімь non кѣмь. Similiter тоу къждо (quisque) prior tantum pars declinatur, ut lat. quisque, cujusque etc. когождо, комоуждо etc. Neutrum чьто (quid), ut M. къто, rejecto то sequitur declinationem тоу й: чьто, чего et чесо, чемоу etc. Eodem modo et possessiva flectuntur: мой, моꙗ, моѥ; моѥго, моѥѩ, моѥго; моѥмоу, моѥй, моѥмоу etc. нашь, наша, наше; нашего, нашеѩ, нашего etc. Et къй, каꙗ, коѥ, (qui quae quod) nonnisi in paucis differt: N. къй, каꙗ, коѥ; G. коѥго, коѥѩ, коѥго; D. коѥмоу, коѥй; Loc. коѥмъ, коѥй; Instr. къимь et коимь, коѥѭ. — чїй, чиꙗ, чиѥ (cujus proprium) inflectitur ut мой, моꙗ, моѥ. Denique ѥтеръ, а, о (aliquis) declinatur ut adjectiva indefinita.

His simillimae sunt pronominum тъ et сь (hic) declinationes, quorum partim duplex forma respondere videtur duplici Adjectivorum.

Singularis.

	(hic)	(haec)	(hoc)	(hic)	(haec)	(hoc)
N.	тъ (тъй)	та (таꙗ)	то (тоѥ)	сь (сїй)	си (сиꙗ)	се (сиѥ)
G.	того	тоѩ	того	сего	сеѩ	сего
D.	томоу	той	томоу	семоу	сей	семоу
A.	тъ (тъй)	тѫ (тѫѭ)	то	сь (сїй)	сиѭ	се
V.	— —	— —	—	— —	—	—
L.	томь	той	томь	семь	сей	семь
I.	тѣмь	тоѭ	тѣмь	симь	сеѭ	симь

Dualis.

Nom.	та	тѣ	тѣ	сїꙗ	сїи	сїи
Gen.	тою	тою	тою	сею	сею	сею
Dat.	тѣма	тѣма	тѣма	сима	сима	сима
Acc.	та	тѣ	тѣ	сиꙗ	сїи	сїи
Voc.	—	—	—	—	—	—
Loc.	тою	тою	тою	сею	сею	сею
Instr.	тѣма	тѣма	тѣма	сима	сима	сима

Pluralis.

N.	ти (тїи)	тъі (тъіꙗ)	та (таꙗ)	си (сїи)	сиѩ	сиꙗ
G.	тѣхъ	тѣхъ	тѣхъ	сихъ	сихъ	сихъ
D.	тѣмъ	тѣмъ	тѣмъ	симъ	симъ	симъ
A.	тъі (тъіѩ)	тъі (тъіѩ)	та (таꙗ)	сиѩ	сиѩ	сиꙗ
V.	— —	— —	— —	—	—	—
L.	тѣхъ	тѣхъ	тѣхъ	сихъ	сихъ	сихъ
I.	тѣми	тѣми	тѣми	сими	сими	сими

Nota. Sic et овъ, а, о hic, онъ, а, о ille, самъ, а, о ipse, declinantur; nisi quod Dualis Genit. penes -ою etiam in -оу formare possunt: овоу et овою etc.

NUMERALIUM DECLINATIO.

Quae substantiva sunt, ut сто, тъісаща, тьма (myrias, proprie tenebrae, nam avium e. g. aut locustarum volantium infinita multitudo obscurat coelum; ipsaque graecorum μυριάς a μύω est fortassis) substantivorum declinationem sequuntur; ordinalia пьрвъій, вторъій, третїй adjectivorum; обой, двой, трой (uterque, binus, ternus) ut мой declinantur. ѥдинъ (unus) et вьсь (omnis) ad demonstrativorum fere declinationem se conformant:

Singularis.

N.	ѥдинъ	ѥдина	ѥдино	вьсь	вьсꙗ	вьсе
G.	— ного	— ноѩ	— ного	вьсего	вьсеѩ	вьсего
D.	— номоу	— ной	— номоу	вьсемоу	вьсей	вьсемоу
A.	— нъ (ного)	— нѫ	— но	вьсь	вьсѭ	вьсе
V.	— —	— —	— —	—	—	—
L.	— номь	— ной	— номь	вьсемь	вьсей	вьсемь
I.	— нѣмь	— ноѭ	— нѣмь	вьсѣмь	вьсеѭ	вьсемь

Dualis.

N.	ѥдина	ѥдинѣ f. et n.	вьси m. f. et n.
G.	— ноу (-ною)	— ноу (-ною)	вьсею
D.	— нѣма	— нѣма	вьсима
A.	— на	— на	вьси
V.	— на	— на	вьси
L.	— ноу (ною)	— ноу (ною)	вьсею
I.	— нѣма	— нѣма	вьсима

Pluralis.

N.	ѥдини	ѥдинъі	ѥдина	вьси	вьса	вьсꙗ
G.	— нѣхъ	— нѣхъ		вьсѣхъ	вьсѣхъ	вьсѣхъ
D.	— нѣмъ	— нѣмъ		вьсѣмъ	вьсѣмъ	вьсѣмъ
A.	— нъі	— нъі		вьса	вьса	вьсꙗ
V.	— —	— —		—	—	—
L.	— нѣхъ	— нѣхъ		вьсѣхъ	вьсѣхъ	вьсѣхъ
I.	— нѣми	— нѣми		вьсѣми	вьсѣми	вьсѣми

Два (duo) illique affine оба (ambo) sic declinatur, duali tantum per naturam rei:

Dualis.

Nom. et Acc. два, оба, fem. et neutr. двѣ, обѣ.
Gen. et Loc. двою (двоу), обою. } generis omnis.
Dat. et Instr. двѣма, обѣма

Sicque двѣ сътѣ (ducenti), двою сътоу, двѣма сътома. At три съта, трїй (треҳъ) сътъ, трѣмъ сътомъ, трехъ сътехъ, треми съты (trecentis).

трие et четырие sic declinantur:

N.	трие (трїє), f.	три	четырие, f. четыри	
G.	трїй (трей)	трїй	четырь	—
D.	триемъ (тремъ)	триемъ	четыремъ	—
A.	три	три	четыри	—
V.	три	три	четыри	—
L.	триехъ (трехъ)	трехъ	четырехъ	—
I.	триеми	треми (трьми)	четырьми	—

пать, шесть, седмь, осмь, девать, десать proprie sunt substantiva feminina (ideoque numerati sequitur Genitivus, sicut lat. post millia) quartae declinationis, itaque declinantur de regula:

N. A.	G. D. L.	Instr.
пать	пати	патиѭ
шесть	шести	шестиѭ
седмь	седми	седмиѭ
осмь	осми	осмиѭ
девать	девати	девятиѭ
десать	десати	десатиѭ

Solent tamen quandoque quasi oblivisci naturam suam, et adjectivorum flexionem sequi ut et invenias отъ патауъ хлѣбъ, по дьнехъ осмихъ, дьньми четыредесатми.

CAPUT V.

DE VERBO.

Innuimus jam supra p. 53 verbi Slavici indolem peculiarem. Non tamen abs re putamus fore, imo fere necessarium, penitiori verbi considerationi vacuum hujus paginae spatium destinari. Cum enim priores Ruthenorum grammatici, ad exemplum fortasse Graecorum, diversis verborum formis ad unam eandemque conjugationem congestis, vix non infinitam reddidissent verbi conjugationem, tandem Dobrovius finem fecit hujus confusionis, universis verborum formis in sex quasi classes tributis, singularum usu ad syntaxin delegato. En sex Dobrovii classes:

I. Prima comprehendit ea verba, quae nullam characteristicam vocalem habent ante -ти Infinitivi. Suntque horum duo genera: 1) Eorum, quorum syllaba radicalis vocali terminatur, uti ѩ-ти capere, и-ти ire, би-ти caedere, пѣ-ти canere, мы-ти lavare, чю-ти sentire. (Moneris autem lector, Dobrovio appellari syllabam radicalem, aut vel disyllabam radicem, quae superest postquam omnia detraxeris, quae sive per compositionem, sive per motionem sive per declinationem aut quamcumque demum flexionem grammaticam accesserant. En rei exemplum: vox благовѣствованїє evangelium, composita est e благо (bene) et вѣствованїє (annunciatio): in благо ipso o est vocalis mediatrix compositionis, relinquitur ergo syllaba radicalis primae partis благ, sufficiens interea anatomo pure pute grammatico infimi gradus; ad altiores gradus nunc nondum aspiramus. Alterius partis вѣствованїє est verbale derivatum immediate a participio praet. passivo вѣствованъ (annunciatus) verbi вѣствоуѭ; cujus proximus fons вѣсть, ipse primitus derivatus a radice, вѣд, monosyllaba. Accipiamus vice versa syllabam nudam жи, quae vestita dabit жи-ти vivere, жи-тель incola, живъ vivus, животъ vita, житїє vita, жизнь vita, жито frumentum (σῖτος), житница horreum, пажить pascuum etc. Sic a syllaba radicali да formatur Fut. дамь dabo, Inf. дати dare, itemque Inf. Freq. даꙗти solere dare, Praes. Ind. даѭ soleo dare, Imperat. дай da, Partic. praet. act. далъ δεδωκώς, данъ δεδομένος; itemque Subst. даръ donum, дань tributum etc. etc. Vides Dobrovii etymologiam esse potius anatomiam, quam analysin, sed hoc habere boni, quod certa sit et demonstrabilis, et necessarium fundamentum omnis altioris etymologiae, qualis e. g. est Grimmii linguae germanicae). Classis ergo I. verba nullam habent characteristicam vocalem ante -ти Infinitivi, sed nudae radices ἀμέσως praepositae τῷ-ти Infinitivi jam integrum verumque verbi Infinitivum efficiunt. 2) Alterum genus pariter nudam radicem ἀμέσως τῷ-ти praemittit, in hoc tantum diversam a priori, quod haec vocalem in medio habet, duabus consonis inclusam: пас-ти pascere, нес-ти ferre, рас-ти crescere, quorum Praesentia sunt пас-ѫ pasco, нес-ѫ fero, рас-ѫ cresco.

II. Secunda complectitur ea Verba, quae in Praesenti (seu Futuro) -нѫ, in Infinitivo -нѫти affigunt syllabae radicali itidem nudae: доу-нѫ, доу-нѫти spiro; станѫ, станѫти. Habentque plerumque praefixas etiam praepositiones: поманѫ recordabor, изринѫ extrudam, исоунѫ extrudam, оужаснѫ exterrebo.

III. Tertia eorum est, quae characteristicam ѣ affigendo syllabae radicali formant Praeteriti personam tertiam, et huic addito ти Infinitivum: разоум-ѣ intellexit, разоум-ѣ-ти intelligere a (composita) radice разоум-; Sic et повелѣ, повелѣти jubere; видѣ, видѣти videre; гладѣ, гладѣти aspicere; стыдѣса, стыдѣтиса pudore affici. Horum quaedam ꙗ amant prae ѣ: стоꙗти stare, боꙗтиса timere, дрьжати servare, слышати audire.

IV. Quarta eorum, quae characteristica и gaudent: таи, таи-ти celare; кои, коити pacare; ꙗви, ꙗвити manifestare: прѣломи, прѣломити diffringere: клони, клонити clinare: сѫди, сѫдити judicare; хыти, хытити rapere.

V. Quinta eorum, quae characteristicam а aut ꙗ praemittunt ante ти: сїꙗ, сїꙗти fulgere; гнѣватиса irasci; зобати manducare grana frugum, sicut equus avenam; копати fodere; гладати spectare.

VI. Sexta denique eorum, quae characteristicam -оба- et post jotatas radices -ева (-ева-) assumunt ante -ти Infinitivi: коуп-ова, коуп-ова-ти mercari; миловати amare; радоватиса gaudere; воева, воевати bellare; съврьшевати esse in absolvendo; непьщевати arbitrari.

Jam e. g. verba formae V. pleraque, formae autem VI. omnia sunt Frequentativa, ut lat. ito, ventito, dictito, lectito, territo: II. contra omnia et I. pleraque unius tantum actionis perfectae, ut lat. exsurgo, venio, perficio. Quis non rideat Grammaticum, conjugantem simul eo, ito, itito; ago, agito; venio, ventito etc. ut ejusdem verbi partes? Quod nec Hebraei faciunt, qui jam pridem suorum verborum formas distinxere, utpote cognatas quidem radice attamen diversas invicem et significatu et figura, sicut etiam sunt Slavicae. Et cave credas, omne verbum Slavicum esse capax omnium formarum; sunt nonnisi pauca quae quattuor, plura, quae tres, pleraque quae binas tantum admittant. Sed sic, per naturam plerumque significatûs sui, carentibus unâ alterâve formâ verbis veteres illi grammaticastri defectum et irregularitatem exprobrabant; quae vitia potius erant perversae methodi, non verborum.

Sed haec hactenus. Ad flexionem redeamus.

VERBI DECLINATIO.

	Conjugatio I. 1. A.	I. 2. B.	I. 3.	II. 1. C.	II. 2. D.	III. 1. E.	III. 2.	III. 3. F.
				Praesens Indicativi.				
Sing. 1.	бинѫ caedo	глаголѭ dico	мажѫ ungo	несѫ porto	винѫ vieo	зьрѭ video	лежѫ jaceo	волѭ volo
2.	бинеши	— лиеши	мажеши	несеши	винеши	зьриши	лежиши	волиши
3.	бинеть	— лиеть	мажеть	несеть	винеть	зьрить	лежить	волить
Dual. 1.	бинева, f. -вѣ	— лиева, -вѣ	мажева, -вѣ	несева, -вѣ	винева, -вѣ	зьрива, -вѣ	лежива, -вѣ	волива, -вѣ
2.	бинета, -тѣ	— лиета, -тѣ	мажета, -тѣ	несета, -тѣ	винета, -тѣ	зьрита, -тѣ	лежита, -тѣ	волита, -тѣ
3.	бинета, -тѣ	— лиета, -тѣ	мажета, -тѣ	несета, -тѣ	винета, -тѣ	зьрита, -тѣ	лежита, -тѣ	волита, -тѣ
Plur. 1.	бинемъ	— лиемъ	мажемъ	несемъ	винемъ	зьримъ	лежимъ	волимъ
2.	бинете	— лиете	мажете	несете	винете	зьрите	лежите	волите
3.	бинѫть	— лиѫть	мажѫть	несѫть	винѫть	зьрѧть	лежѧть	волѧть
				Praesens Imperativi.				
Sing. 1.	—	—	—	—	—	—	—	—
2.	бїй	глаголи	мажи	неси	вини	зьри	лежи	воли
3.	бїй	— ли	мажи	неси	вини	зьри	лежи	воли
Dual. 1.	бїйва, -вѣ	— лѣва, -вѣ	мажѣва, -вѣ	несѣва, -вѣ	винѣва, -вѣ	зьрѣва, -вѣ	лежѣва, -вѣ	волѣта, -вѣ
2.	бїйта, -тѣ	— лѣта, -тѣ	мажѣта, -тѣ	несѣта, -тѣ	винѣта, -тѣ	зьрѣта, -тѣ	лежѣта, -тѣ	волѣта, -тѣ
3.	бїйта, -тѣ	— лѣта, -тѣ	мажѣта, -тѣ	несѣта, -тѣ	винѣта, -тѣ	зьрѣта, -тѣ	лежѣта, -тѣ	волѣта, -тѣ
Plur. 1.	бїимъ	— лѣмъ	мажѣмъ	несѣмъ	винѣмъ	зьрѣмъ	лежѣмъ	волѣмъ
2.	бїйте	— лѣте	мажѣте	несѣте	винѣте	зьрѣте	лежѣте	волѣте
3.	бїйте	— лѣте	мажѣте	несѣте	винѣте	зьрѣте	лежѣте	волѣте
				Praesens Gerundivi.				
Sing.	биѧ, f. биѭщи	глаголѧ, f. лѭщи	мажа, f. -жѫщи	несы, f. несѫщи	винъı, f. винѫщи	зьрѧ, f. -ѧщи	лежа, f. -жащи	волѧ, -лѧщи
Dual.	биѭща, — щи	— лѭща, — щи	мажѫща, f. — щи	несѫща, — щи	винѫща, — щи	зьрѧща, — щи	— ща, — щи	волѧща, — щи
Plur.	биѭще	— лѭще	мажѫще	несѫще	винѫще	зьрѧще	— ще.	волѧще
				Praesens participii pass.				
Sing.	биемъ, а, о	глаголемъ, а, о	мажемъ, а, о	несомъ, а, о	виномъ, а, о	зьримъ, а, о	лежимъ, а, о	волимъ, а, о
Dual.	биема, ѣ, ѣ	— лема, ѣ, ѣ	мажема, ѣ, ѣ	несома, ѣ, ѣ	винома, ѣ, ѣ	зьрима, ѣ, ѣ	— ма, ѣ, ѣ	волима, ѣ, ѣ
Plur.	биеми, ъı, а	— леми, ъı, а	мажеми, ъı, а	несоми, ъı, а	виноми, ъı, а	зьрими, ъı, а	— ми, ъı, а	волими, ъı, а
				Praesens Infinitivi.				
	бити	глаголати	мазати	нести	винѫти	зьрѣти	лежати	волити
				Supinum.				
	битъ	глаголатъ	мазатъ	нестъ	винѫтъ	зьрѣтъ	лежатъ	волитъ
				Praeteritum Indicativi.				
Sing. 1.	бихъ	глаголахъ	мазахъ	несохъ	винѫхъ	зьрѣхъ	лежахъ	волихъ
2.	би	глагола	маза	несе	винѫ	зьрѣ	лежа	воли
3.	би	глагола	маза	несе	винѫ	зьрѣ	лежа	воли
Dual. 1.	бихова, f. -вѣ	— лахова, -вѣ	мазахова, -вѣ	несохова, -вѣ	винѫхова, -вѣ	зьрѣхова, -вѣ	лежахова, -вѣ	волихова, -вѣ
2.	биста, -стѣ	— ласта, -стѣ	мазаста, -стѣ	несоста, -стѣ	винѫста, -стѣ	зьрѣста, -стѣ	лежаста, -стѣ	волиста, -стѣ
3.	биста, -стѣ	— ласта, -стѣ	мазаста, -стѣ	несоста, -стѣ	винѫста, -стѣ	зьрѣста, -стѣ	лежаста, -стѣ	волиста, -стѣ
Plur. 1.	бихомъ	— лахомъ	мазахомъ	несохомъ	винѫхомъ	зьрѣхомъ	лежахомъ	волихомъ
2.	бисте	— ласте	мазасте	несосте	винѫсте	зьрѣсте	лежасте	волисте
3.	биша	— лаша (-лахѫ)	мазаша (-захѫ)	несоша	винѫша	зьрѣша (-хѫ)	лежаша (-хѫ)	волиша

Praeteriti participium activum.

Sing.	билъ, а, о	глаголалъ, а, о	мазалъ, а, о	неслъ, сла, сло	винжлъ, а, о	зьрѣлъ, а, о	лежалъ, а, о	волилъ, а, о
Dual.	била, ѣ, ѣ	— лала, ѣ, ѣ	мазала, ѣ, ѣ	несла, ѣ, ѣ	винжла, ѣ, ѣ	зьрѣла, ѣ, ѣ	лежала, ѣ, ѣ	волила, ѣ, ѣ
Plur.	били, ꙑ, а	— лали, ꙑ, а	мазали, ꙑ, а	несли, ꙑ, а	винжли, ꙑ, а	зьрѣли, ꙑ, а	лежали, ꙑ, а	волили, ꙑ, а

Praeteritum gerundivi.

Sing.	бивъ, f. бивъши	глаголавъ, f. -въши	мазавъ, f. -въши	несъ, f. -съши	винжвъ, f. въши	зьрѣвъ, f. -вьши	лежавъ, -въши	воливъ, -въши
Dual.	бивъша, — ши	— лавъша, -въши	мазавъша, -въши	несъша, -съши	винжвъша, —ши	зьрѣвъша, —ши	— въша, —ши	воливъша, —ши
Plur.	бивъше	— лавъше	мазавъше	несъше	винжвъше	зьрѣвъше	— въше	воливъше

Participium praet. passivi.

Sing.	биенъ, а, о	глаголанъ, а, о	мазанъ, а, о	несенъ, -сена, о	витъ, а, о	зьрѣнъ, а, о	лежанъ, а, о	воленъ, а, о
Dual.	биена, ѣ, ѣ	— на, ѣ, ѣ	мазана, ѣ, ѣ	несена, ѣ, ѣ	вита, ѣ, ѣ	зьрѣна, ѣ, ѣ	лежана, ѣ, ѣ	волена, ѣ, ѣ
Plur.	биени, ꙑ, а	— ни, ꙑ, а	мазани, ꙑ, а	несени, ꙑ, а	вити, ꙑ, а	зьрѣни, ꙑ, а	лежани, ꙑ, а	волени, ꙑ, а

Notae generales. 1) Tertiae personae ть tam Sing. quam Plur. Veteres, ut nos hic, per ть scribebant. Hodierni per тъ. Vidisti similem discrepantiam de мь Localis et Instrumentalis Nominum: ut Joh. 1, 7. да вьси вѣрѫ имѫть имь ut omnes crederent per eum. Etiam in есмь (sum) ь obtinet, at in есмъ (sumus) ъ. 2) Vides Praeteritum, et quae ex illius exemplo pendent, subinde alias analogias sequi, quam Praesens: мазахъ et лежахъ, ubi praesens мажѫ et лежѫ fuit. Sed memento idem usu venire et Latinis, quorum cubo, -as, in Praeterito sequitur secundam: cubui, cubitum; aut cupio, cupere, praeterito cupivi ut audivi; ut de Graecis taceamus qui uno quasi paradigmate absolvunt verbum suum impeditissimum. Imo praevidemus, cum linguae nostrae sacrae tonus verus fuerit inventus, etiam Conjugationem, cujus persona 2. praes. est in -иши, discessuram in duas, иши alteram correpto, et alteram producto, sicut lat. legis et audis. Certe Carnioli sic habent: vólim, vóliш: лежím, лежíш. Haec Praesentis et Praeteriti Slavici mutua libertas lexicographis officium imponit utriusque indicandi, sicut Latini indicant etiam plura ad verba sua: doceo, -es, -ere, -cui, -ctum. 3) In 3 plur. praet. praeter terminationem in -ша aeque frequens est alia in -хѫ, sed vis utriusque diversa: глаголаша est dixere, глаголахѫ dicebant. 4) Participia vides declinari per genera, ut aliarum linguarum. Adde et Gerundiva posse abire in similia adjectiva, addita adjectivi definiti terminatione: биий (биѭщь) et бивъшїй. (Nota биий et similia tantum m. dici, reliqua omnia a биѭщь formari). Sed magis etiam mirere, dualem ipsius quoque verbi distinguere masculina et feminina.

VERBA ANOMALA.

Conjugatio verbi substantivi есмь, бѫдѫ, бꙑти.

Praesens Indicativi.

Sing. 1 есмь (sum)
2 еси
3 есть
Dual. 1 есва, -вѣ
2 еста, -тѣ
3 еста, -тѣ
Plur. 1 есмъ (есмꙑ)
2 есте
3 сѫть

Praesens Gerundivi.

Sing. сꙑ, f. сѫщи
Dual. сѫща, сѫщи
Plur. сѫще

Futurum.

Sing. 1 бѫдѫ (ero)
2 бѫдеши
3 бѫдеть
Dual. 1 бѫдева, -вѣ
2 бѫдета, -тѣ
3 бѫдета, -тѣ
Plur. 1 бѫдемъ
2 бѫдете
3 бѫдѫть

Imperativi.

Sing. 1 —
2 бѫди (sis, esto)
3 бѫди
Dual. 1 бѫдѣва, -вѣ
2 бѫдѣта, -вѣ
3 бѫдѣта, -тѣ
Plur. 1 бѫдѣмъ
2 бѫдѣте
3 бѫдѣте

Futurum Gerundivi.

Sing. бѫдѫщь, f. бѫдѫщи (futurus)
Dual. бѫдѫща, f. — щи
Plur. бѫдѫще

Infinitivus.

бꙑти (esse)

Supinum.

бꙑтъ

Praeteritum I.

Sing. 1 бѣхъ (fui)
2 бѣ
3 бѣ
Dual. 1 бѣхова, -вѣ (бѣсва, -свѣ)
2 бѣста, -стѣ (бѣхота, -тѣ)
3 бѣста, стѣ (бѣхота, -тѣ)
Plur. 1 бѣхомъ
2 бѣсте
3 бѣхѫ (бѣша).

Praeteritum iterativum.

Sing. 1 бѣахъ, бѧхъ (eram, solebam esse)
2 бѣаше, бѧше
3 бѣаше, бѧше
Dual. 1 бѣахова, -вѣ, бѧхова et бѧсва
2 бѣаста, -стѣ (бѣашета, -тѣ)
3 бѣаста, стѣ (бѣашета, -тѣ)
Plur. 1 бѣахомъ, бѧхомъ
2 бѣасте, бѧсте
3 бѣахѫ, бѧхѫ

Praeteritum II.

Sing.	1	бꙑхъ (factus sum, germ. ich ward)
	2	бꙑ
	3	бꙑ (бꙑстъ)
Dual.	1	бꙑсва, -вѣ
	2	бꙑста, -стѣ
	3	бꙑста, -стѣ
Plur.	1	бꙑхомъ
	2	бꙑсте
	3	бꙑша

Praet. Gerundivi.

Sing.	бꙑвъ, f. бꙑвъши
Dual.	бꙑвъша, — ши
Plur.	бꙑвъше

Praet. part. act.

Sing.	бꙑлъ, а, о
Dual.	бꙑла, ѣ, ѣ
Plur.	бꙑли, ꙑ, а

Praet. part. passivi.

Sing.	(за)бꙑвенъ, а, о
Dual.	(за)бꙑвена, ѣ, ѣ
Plur.	(за)бꙑвени, ꙑ, а

Tempora circumscripta: Praet. Ind.

Sing.		бꙑлъ, а, о, ѥсмь fui
		— — ѥси fuisti
		— — ѥсть fuit
Dual.	1	бꙑла, ѣ, ѣ, ѥсва, -вѣ
	2	— — ѥста, -тѣ
	3	— — ѥста, -тѣ
Plur.	1	бꙑли, ꙑ, а, ѥсмꙑ
	2	— — ѥста
	3	— — сѫть

Praet. Plusquamperfect.

Sing.	1	бꙑлъ, а, о, бѣхъ
	2	— — бѣ
	3	— — бѣ
Dual.	1	бꙑла, ѣ, ѣ, бѣхова, -ховѣ
	2	— — бѣста, -стѣ
	3	— — бѣста, -стѣ

Praet. Optativi.

Sing.	1	бꙑлъ, а, о, бꙑхъ
	2	— — бꙑ
	3	— — бꙑ
Dual.	1	бꙑла, ѣ, ѣ, бꙑсва, -свѣ
	2	— — бꙑста, -стѣ
	3	— — бꙑста, -стѣ
Plur.	1	бꙑли, ꙑ, а, бꙑхомъ
	2	— — бꙑсте
	3	— — бꙑхѫ (бꙑша)

Notae. I) Vides sicut omnium fere populorum, ita et Slavorum verbum substantivum esse conflatum e tribus radicibus: ѥс-, бѫ- et бꙑ-, quibus cf. lat. es-, fu-, et fi-, et germ. ist, bin et wesen. II. Habes hic etiam exemplum praeteriti iterativi, quod et reliqua fere verba omnia fundunt: даꙗхъ, биꙗхъ, твориꙗхъ, живꙗхъ, идꙗхъ, блюдꙗхъ, растꙗхъ, течахъ, можахъ, имꙗхъ, любльꙗхъ (et tnachu Monumenti Frising. II, 101, i. e. тънꙗхѫ). Estque haec iterativa forma et sono et vi simillima ionicae in — εσκον, quae itidem ab omnibus fere verbis funditur, quin in conjugationibus appareat. III. Vides Dual. 2dam et tertiam personas primae longiorem formam imitari suo modo, -хова terminatione propter є sequens mutata in -шета (penes -ста): бꙗхова, бꙗшета, бꙗшета penes бꙗста, бꙗста. IV. Vides ѥси secundam pers. sing. praet., non ѥши. Hocque exemplum imitantur alia anomala pleraque:

		(edo)	(comedo)	(scio)	(do)
Sing.	1	ꙗмь	сънѣмь	вѣмь	дамь
	2	ꙗси	сънѣси	вѣси	даси
	3	ꙗсть	сънѣсть	вѣсть	дасть
Dual.	1	ꙗдєва, вѣ	сънѣдєва (снѣва)	вѣдєва	дадєва
	2	ꙗдєта, тѣ	сънѣста	вѣста	даста
	3	ꙗдєта, тѣ	сънѣста	вѣста	даста
Plur.	1	ꙗмꙑ	сънѣмꙑ	вѣмꙑ	дамꙑ
	2	ꙗстє	сънѣстє	вѣстє	дастє
	3	ꙗдѧть	сънѣдѧть	вѣдѧть	дадѧть (дадѫть)

Sunt autem haec omnia contracta ex ꙗдмь, сънѣдмь, вѣдмь, дадмь. Cf. lat. edo, es, est, pro edis, edit. Hinc redit д in Duali et tertia pl. et alias; ante тє et ти vero mutatur in с ut in aliis: бредѫ, брести; ведѫ, вести. Cetera habe singula: V) ꙗмь in Praes. ger. habet ꙗдꙑ et ꙗдѧ, f. ꙗдѫщи. Part. pass. ꙗдомъ, а, о. Inf. ꙗсти. Praet. ind. ꙗдохъ. Praet. ger. ꙗдъ, f. ꙗдъши. Part. act. ꙗлъ, а, о (pro ꙗдлъ, quod et Carnioli et Poloni retinuere: jedl, jedla, jedlo). Part. pass. ꙗденъ. Imperat. ꙗждь, ꙗждьмꙑ, ꙗждьтє mutato и regularis imperativi in ь, ideoque д mutato in жд ex lege euphoniae ut vidisti supra: sed Recentiores etiam regularem habent imperativum: ꙗди, ꙗдитє (pro ꙗдѣтє). Idem jam habes apud Glagolitam nostrum: дадитє 26. Praeteritum ꙗдохъ etiam in ꙗхъ contrahitur: iterativum est ꙗдꙗхъ. VI) вѣмь: Inf. вѣдѣти et вѣсти. Praet. вѣдѣхъ. Gerund. praes. вѣдꙑ f. вѣдѫщи; Imperat. вѣждь. Nota praet. вѣдѣ etiam de prima persona usurpari, penes вѣдѣхъ; (idque in Frisingensibus quoque habes monumentis). VII) дамь: Inf. дати. Praet.; дахъ; Praes. 3 plur. дадѧть et дадѫть quod est a дадѫ. Imperativum даждь jam non amplius miraberis.

VIII) имамь (habeo), имаши (non c. g. имаси ut reliqua anomala), иматъ. sed 3 pl. имѫть. inde et Gerund. имꙑ, имѫщи. Alia contra tempora a forma regulari имѣти deducit: Imperat. имѣй, имѣймъ, имѣйтє; Gerund. имѣꙗ; Praet. имѣхъ; Part. act. имѣлъ; Gerund. praet. имѣвъ; Part. praet. pass. имѣнъ; unde имѣниє verbale; Praes. iterat. имѣꙗхъ et contractum имꙗхъ, имꙗшє etc. Tertio denique loco ab имѫ, quod non solum forma sed etiam significatu differt ab имамь, formatur Imperat. ими, имѣтє, Praet. gerund. ѥмъ (pro имъ) ѥмъши: Infinit. ꙗти, inde Praet. ꙗхъ, ꙗ, ꙗхомъ, part. act. ꙗлъ (quod quidem, polonice scriptum jął, qui commode protulerit, nobis quidem erit magnus Apollo). part. pass. ꙗтъ. Latinam phrasin: fidem habeo, reddunt Slavici libri triplici simul hujus verbi forma: вѣрѫ ѥмлѭ, вѣрѫ имѫ, et вѣрѫ имамь.

IX. Alia item anomala, ut in graeco, quaedam tempora mutuantur ab alio themate. A Defectivo идѫ (eo) est Imperat. иди, идѣтє; praes gerund. идꙑ, идѫщи; praet. идохъ, идє; praet. iterativum идꙗхъ, Inf. ити (non идти, ut Gottschediis russicis placuit). Alia tempora petuntur ab obsoleto шьдѫ (r. шедꙋ): praet. gerund. шьдъ, шьдъши; part. praet. act. шьлъ, шьла, шьло. Et a part. pass. шьтъ derivat Dobrovius шьствиє (pro шєтьствиє), in пришьствиє (adventus).

X) грѧдѫ venio, advento, habet Gerund. грѧдꙑ, -дѫщи; praet. грѧдє; praet. iterativum грѧдꙗхъ. Reliqua tempora mutuatur ab идѫ (eo) et хождѫ (advento).

Nota Carniolis грѣмь, грѣшь, грѣ adhuc esse in usu quotidiano: камъ грѣшь quo vadis?

XI) рекѫ (рѣкѫ) praet. рекохъ, рече, рекохомъ, рекосте, рекошѧ sat regulariter inflectitur: habet tamen et рѣхъ, рѣхомъ, рѣсте, рѣшѧ ab absoleto рѣѭ, quod vix non idem est ac gr. ῥέω, unde ῥῆμα (verbum).

XII) Quae de lege ob Infinitivi formam ex uno ad aliud Conjugationum paradigma migrant quoad tempora ab Infinitivi exemplo pendentia, ea proprie non possunt pro irregularibus haberi. His tamen accedunt verba имѫ capio, жмѫ (humorem extorqueo, germ. ausringen, auswinden) пнѫ tendo, жнѭ meto, начънѫ incipio, quorum Infinitivi sunt ꙗти, жати, пати, жати, начати; (quibuscum cf. gr. λαμβάνω et λάβειν, μανθάνω et μαθεῖν etc.). Haec enim quoad reliqua Infinitivum sequentia ad conjugationem I pertinent, Praeteriti tamen gerundivum inflectunt: ꙗмъ, распьнъ, начьнъ, жьнъ. Exempla habes in ipso, quem edimus, Glagolita nostro, plurima.

XIII) Alia demum nonnisi quoad unam alteramve personam deflectunt a regula; τοῦ хощѫ e. g. tertia pl. est хотѧть, praes. gerund. хотѧ, Imperat. хотѣй, Inf. хотѣти. Praet. хотѣ, et alia tempora his analoga sequuntur paradigma E.

XIV) чьтѫ lego, Inf. чьсти Praet. чьтохъ, part. act. чьлъ, чьла, чьло (eliso т, sicut д in шълъ) regulariter inflectitur. At a чтѫ honoro Russi more Gottschediano finxere Inf. чтити; cum libri antiqui minime distinguant; nec opus erat, cum proprius τοῦ чьтѫ significatus sit in numero habeo, hincque число numerus.

XV. Subinde tempora reperias, quae anomala videantur, quod a formis obsoletis quasi reliquiae remanserint. Sic владꙑ (dominatus) a владѫ, власти, cui formae in Inf. substituerunt владѣти, cujus iterum praes. gerund. regularis est владѧ. Sic искꙑ et искомъ videantur anomala ei, qui ab ищѫ velit deducere, non vero ei qui ab искѫ. Ex hoc praeprimis capite in Slavorum grammaticos quadrat illud Virgilianum:

O FORTUNATOS NIMIUM SUA SI BONA NORINT!

Utpote quibus nil opus sit, fingere themata (qualia Buttmannus in graecis subministrat uncialibus scripta): sed nonnisi exquirere ex inexhausto duodecim dialectorum gazophylacio. Acciditque non raro, ut quod superbissimis periit Russis aut Polonis, vigeat superstes apud Lusatos aut Carniolos, quos illi jam vix pro Slavis agnoscunt.

XVI) Impersonalium conjugatio, ut apud latinos et graecos, minime differt a personalium tertia pers. sing.: подобаѥть decet, лѣть ѥсть licet (proprius respondet gr. ἔξεστι: аще бꙑ лѣть было ἐὰν ἐξῆν.

XVII) Passivo, praeter participia praes. et praet. caret verbum Slavicum. Audi quomodo reddat Passivum lat. aut graecum. Scis jam Italos habere si dice, si fa etc. itemque Gallos: cela ne se dit pas, pro lat. dicitur, perficitur. En jam coeptam rem ab Italo, sed a Slavo, ope unius сѧ pronominis, applicatam non solum tertiae, sed et primae et secundae personae: чьтѫсѧ honoror, чьтешисѧ honoraris, чьтетьсѧ honoratur, чьтемъсѧ etc.

XVIII. Optativum vidisti in Conjugatione τοῦ ѥсть. Sic et Praeteritum et Plusquamperfectum optativum circumscriptum formabis: да бꙑхъ имѣлъ habuerim, habuissem.

Notae in Conjugationes.

1) Imperativi pluralis in ѣ verus est et antiquissimus. Invenias tamen in libris sat antiquis, ipsoque nostro Glagolita et Ostromiro дадите, ꙗдите.

2) de mutatione litterarum euphonica, помози a помогѫ, теци a текѫ, вьржен a вьргѫ, рожденъ a родити, прѣкращенъ et прѣкращѫ a прѣкратити, изощренъ ab изострити etc. etc. relege quae supra monuimus.

3) Conjug. II, paradigmatis D, tertia quandoque amittit н ante -еть sing. et -ѫть plur.: изъдъшеть pro изъдъхнеть; иссъшѫть et иссачѫть ab иссъхнѫ et иссакнѫ.

4) Verbum рекѫ in Imperat. -ре (aut рѣ potius) mutat in ь: рьци, ut vidisti in ipso literae р nomine. Sic et alia analoga invenias, пьцисѧ a пекѫсѧ sollicitus sum стьцѣмсѧ concurramus a стекѫсѧ. Tono nempe transmigrante ѣ abit in ь, ut jam saepius monuimus.

5) Praes. gerundivi II. Conj. exit in ꙑ, f. ѫщи: несꙑ, имꙑ, идꙑ. Hinc formatur adjectivum participiale addita й: несꙑй quod et ipsum pro gerundivo usurpatur. Sed haec ad syntaxin potius pertinent.

6) Praet. gerundivi III. conj. solet ивъ contrahere in ь; at tum poscit ante ь solitam euphoniae ergo epenthesin et mutationem litterarum; оставль pro оставивъ, прѣломль, рождь, пощь pro прѣломивъ, родивъ, постивъ. Huic porro gerundivo Femininum et casus obliqui solitum ши et ше, et participiale шій suffigunt: оставльши, рождьши: at usitatius постъши, поустъши.

7) Praeterita II conjug. paradigm. C, quamvis de regula sint охъ, е, tamen ea quae sunt a praes. -рѫ, -рѣти, etiam in praeterito ѣ praeferunt: оумрѣхъ, оумрѣ pro оумрохъ, оумре.

8) In praet. quaedam in охъ rejiciunt, eademque pro ошѧ habens ѫ tantum: идъ, иде, идохова, идохомъ, идосте, идѫ. Sicque Glagolita noster lin. 314: избѣгъ pro избѣгохъ, quod suo loco nos ipsi prius male mirabamur.

9) Praet. part. act. conj. II ab охъ primae faciunt лъ: могохъ: моглъ; рекохъ, реклъ; sic et оумрьлъ seu оумьрлъ (recentioribus оумерлъ) ab оумрохъ; простръльъ, пожрьлъ; жьглъ a жегѫ. Recentiorum pariter sunt praet. gerundiva начьнъ, оумеръ, штеръ, простеръ, жегъ, четъ cum inserta е euphonica pro veteri et radicali ь: начьнъ etc.

10) Particip. pass. Conj. I. parad. A. etiam in тъ fit (penes енъ): биѥнъ sed et побитъ; a пиѭ plane nonnisi питъ valet. Cf. lat. *tus* et Germ. *en* verborum irregularium penes *t* regularium: hortatus, geliebet et gewonnen). Pleraque post vocales и, ꙑ, оу amant et -венъ: швенъ a шиѭ (suo), омꙑвенъ ablutus et измꙑвенъ elutus (Russi измовенъ); забъвенъ pro забꙑвенъ (germ. vergessen), покрꙑвенъ (rec. покровенъ, et покрꙑтъ) tectus a покрꙑѭ. -тъ pro -енъ postulat имѫ, et verba in -нѫ, quae Inf. faciunt in -ати: ꙗтъ (cum compositis поꙗтъ, отꙗтъ, възꙗтъ), распѧтъ, тѧтъ a тнѫ, жѧтъ a жнѭ et жмѫ, почѧтъ, проклѧтъ. His adde supra jam adlatum питъ; itemque пѣтъ a поѭ cano (quamvis Russorum verbale пѣние etiam formam пѣнъ testetur; sed et pro пѣние Cisdanubiani habent пѣтие, sicut питие a пиѭ.

11) Sunt et II Conj. quaedam, quae penes енъ etiam тъ admittant: подъпрѣнъ et подъпрьтъ; распростръть.

12) Paradigm. D. partic. praet. pass. amat. овенъ: отриновенъ ab отринѫ, обиновенъ ab обинѫ, помановенъ, дъхновенъ. At nonnulla malunt sequi parad. C.: измьченъ ab измькнѫ, съгъбенъ complicatus a съгꙑбнѫ. Quaedam н praes. servant ante енъ particip. въздвигненъ.

aut pro -ѡвенѫ assumunt -ѫтъ: въздвигнѫтъ, разгнѫтъ. Sed haec interea sufficiant pro synopsi.

CAPUT VI.
DE PRAEPOSITIONIBUS.

Quamquam Praepositiones non declinentur, ideoque lexico possint delegari, tamen et hic aliqua praemoneri expectabunt lectores. Praepositionum nonnullae sunt inseparabiles et nonnisi in Compositis obviae; pleraeque tamen verae sunt praepositiones separabiles. Nos inseparabilibus addidimus τὸ-, (quasi compositionis indicem): безъ absque, възъ sursum, въ in, вы- ex, до usque ad, за pro, post; изъ ex, къ ad, на in, supra, надъ superne, низъ infra, о (ѡ) de, обь circa, отъ ab, па- post, по post, подъ sub, пра- ante, прѣ- trans, прѣдъ ante, прѣзъ per, при apud, про- pro-, разъ- dis-, съ cum, съ de, сѫ- cum, оу apud, чрѣзъ trans. Praepositionalem etiam usum habent adverbia: близъ prope, вмѣсто loco вѫтрь intra, внѣ extra, дла ob, кромѣ praeter, междѫ inter, мимо praeter, послѣ post, противѫ contra, ради gratiâ, сквозъ per, цѣкра propter, et alia. De regimine vide Syntaxin.

CAPUT VII.
DE ADVERBIO.

Etiam Adverbia ex parte sunt inseparabilia; longe major tamen pars est separabilium. En illa uno obtutu:

абїє (Gl. абье) statim	мьнѣ minus
акы acsi	междѫ inter
ашють in cassum	най- maxime
близъ prope	нє non
боле magis	нєжє quam
веле valde	нѣ- ali-
вѣ- valde (?)	нъінѣ nunc
вънъ foras	низъ, низоу infra
вънѣ foris	ниць pronus, demisso vultu
въинѫ semper	оу (нєоу nondum, оужє jam)
вышє superius	оунѣ melius
выспрь sursum	пакы iterum
вѧщє plus	пачє potius
врьхоу in summitate	прѣдь, прѣждє ante
гдѣ ubi	прѣкы sursum
горѣ supra	противѫ contra
годѣ volupe	ради gratiâ
далє longius	ранѡ mane
-дє (loci)	сицє sic
долѣ infra	свѣнє excepto
долоу in profundum	срѣдѣ in medio
дрєвлє antiquitus	скорѡ mox
дѣла, дла ob	сквозѣ per
-жє (relat.)	скрозѣ per
-ждє (relat.)	тоу illic
ѕѣлѡ valde	тай clam
здѣ hic	тоунѣ gratis
искрь prope	тєз- (cognominis)
кромѣ praeter	тачє sic
-кратъ -ies (vicibus)	тъчиѭ solum
(ко) ли -cumque	ꙗвѣ palam
льзѣ facile	ѥй ita
лани anno elapso	ѥлє vix
лиць e regione	ѥда an
лоучє melius	ѥщє adhuc

Adverbia in ѡ ut скорѡ, ранѡ, ꙗкѡ, какѡ, такѡ nil sunt nisi Neutra Adjectivorum in о; spectatque eorum ѡ terminatio (imitans quasi Graecum -ῶς in καλῶς etc.) ad nugas grammaticorum, quas codd. antiqui ignorant. Alia ab Adjectivis deducta malunt ѣ: ѕѣлѣ, добрѣ, мѫдрѣ, благѣ. Deducta ab Adj. in скъ amant ы: римскы romane, словѣньскы Slavice. Adverbia numeri ope ждꙑ aut щи formantur: триждꙑ aut трищи ter; aut ope Instrumentalis fem.: ѥдиноѭ semel. Sed haec ad formationem vocum spectant, non ad flexionem quam solam hic tractaamus.

CAPUT VIII.
DE CONJUNCTIONIBUS.

Conjunctiones simplices sunt: а at, и et, бо enim, нъ sed, ни nec, ли an? да ut, то tunc (τῶ gr.; so germ.), жє vero; оубо igitur, любо aut, аще si. Compositae: ибо etenim, или aut, идє etsi, либо aut. Sed has omnes et Interjectiones invenies in Lexico.

CAPUT IX.
NOTATIONES DE SYNTAXI LINGUAE SLAVICAE.

1) Dualem diligenter usurpant Slavi veteres, et ipsi hodierni Carantani. Cf. Specimen quod dedimus p. XLIX — LX e Lucae XXIV, 13 — 35.

2) Substantivo collectivo ut in aliis linguis, ita et in slavica quandoque pluralem verbi subdi posse, non mirabere: кто сѫть братиꙗ моꙗ qui sunt fratres mei. At Neutri plurali junctum verbum singulare servilis est sciolorum recentium graecismus: Deut. 32, 2: да снидетъ ꙗкѡ роса глаголы мои (καταβήτω-τὰ ῥήματα); наша ваша сѫть τὰ ἡμῶν ὑμῖν ἐστιν. Rectius alii да снидѫть глаголи; ꙗже наша ваша сѫть.

3) Pronomina Slavus aeque parce usurpat in conjugatione ac Latinus aut Graecus, utpote aeque plenam habens verbi flexionem: рабъ твой ѥсмь servus tuus sum, sine азъ. Sed differt ab omnibus, quod sciamus, linguis in hoc, quod, uti jam supra monuimus, per сѧ aut себє, itemque си et себѣ, собоѭ, (sui sibi, se) omnium personarum reflexionem indicat: боѭсѧ timeo, боишисѧ times, боитьсѧ timet, боивасѧ, боивѣсѧ, боимъсѧ etc. нє могѫ азъ ѡ себѣ творити non possum a me ipso facere: марка приведи съ собоѭ (tecum), вьсегда нищихъ имате съ собоѭ pauperes semper habebitis vobiscum. Similiterque свой (suus) omnium personarum est, ubi ad idem subjectum refertur: исповѣдаимъ грѣхы своѧ confitemur peccata nostra; оудьржи ѩзыкъ свой contine linguam tuam,

4) Pro мой, твой, свой, Slavi etiam Dativo ми, ти, си personalium utuntur: рєчє къ отьцоу си ad patrem suum; дай вѣрномоу си рабоу цѣсарю нашємоу etc. da fideli tuo servo, Imperatori nostro —, ѥгда пріидєши въ цѣсарьствїи си quando veneris in regnum tuum. Cf. specimen bulgaricum superius p. L.

5) Possessiva, tam communia quam Slavis propria, respuunt terminationem definitam: братовъ, давидовъ, пророчь, кнѧжь, ѥдинорождь, non братовый etc. exceptis божїй, вражїй, кравїй et paucis aliis. Hinc et locorum nomina russica смолєнскъ, боудимль, ꙗрославль. De usu adjectivorum possessivorum cape exempla: гора божиꙗ mons Dei, сынъ божїй filius Dei, слово господнє verbum Domini, домъ Давидовъ domus David, Домъ їаковль domus Jacob, лоно авраамлє sinus

Abraham, сѣть дїаволїа laqueus diaboli, съмрьть крьстна mors crucis (in cruce) etc.

6) Numeralia єдинъ, два, трие, четъιрие adjectivorum more construntur. At a пать usque ad сто, et тъιсашта, тьма, substantiva sunt singularia, ideoque et verbum singulare postulant, at (quod mirere) neutrum: пать ихъ пало (non пала) quinque cecidere.

7) Relativum иже, ꙗже, єже qui quae quod, servilibus interpretibus (utpote qui in graecis grammaticis ὁ, ἡ, τὸ et ὅς, ἥ, ὅ audierant tradi pro articulis, altero praepositivo, postpositivo altero) etiam pro graecorum ὁ, ἡ, τὸ inservit: иже въ святъιхъ оцa нашего etc. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν etc. Notaque omnes sanctos episcopos appellari Patres nostros (utpote Christianorum), adeoque nil valere Dobrovii syllogismum ex hac communi nostri appellatione S. Clementis Belgradensis (Cyrill. et Method. 1823 p. 77) ad bulgaricam originem codicis Assemaniani. Alioquin ipsa codicis subscriptio (Junio mense noctis horas statuens 9, et diei 15) satis declarat, eum esse exaratum in Macedonia.

8) Negatio duplex non affirmat ut Latinorum, imo magis etiam negat ut veteribus Germanis: нѣсте ли чли николиже nunquamne legistis.

9) Etiam прежде даже requirit не ante Verbum, sicut Gallorum: avant qu'il n'ait fait: прѣжде даже не сънитиса има πρὶν τοῦ συνελθεῖν αὐτοὺς antequam convenirent.

10) In propositione item negativa verba, quae alias accusativum regunt, cum Genitivo construuntur, praeferunturque formae verborum durativae absolutis: не зови дроугъ своихъ, ни братиꙗ своꙗ, ни сродникъ своихъ, ни съсѣдъ богатъιхъ, noli vocare (ad convivium) amicos tuos, nec fratres, nec cognatos, nec vicinos divites. не бѣ има чада non erat illis filius. съмрьти не бѫдеть ктомоу mors non erit amplius (ктомоу ad verbum respondet τῷ adhuc latino).

11) Verba ex изъ et ѿ composita postulant Genitivum, ac si praepositiones изъ et ѿ substantivis praefigantur: ѿстѫпи прѣгрѣшениꙗ. Cf. plurima hujus exempla in Glagolita nostro.

12) Sic et Localem invenias constructum cum verbis e при et на compositis: не прикасайтеса христѣхъ моихъ nolite tangere christos meos. приобъштитиса тайнахъ 48 Glagolitae nostri et alia plurima. Imo et cum hujusmodi adjectivis: корове неприклонни бѣшѧ єго platani non fuerunt aequae frondibus illius.

13) Certe jam ipse lector observaveris, Slavos Dativo frequentissime uti pro Genitivo, v. gr. ubi in Kalendario Ostromiriano habes: страсть святоуоумоу харалампиеви passio S. Charalampii. Sic et цѣсарь цѣсаремъ Rex Regum. Cf. supra 4) ipsum си Dativi pro possessivo свой. Lege etiam, si vacat, Alteri Miscellanea, Vindob. 1799, p. 35—69, ubi ille plurima hujus Dativi pro Genitivo exempla congessit.

14) Dativum etiam habent Slavi cum Latinis et Graecis verbi sum pro habeo: Cf. supra ex 10): не бѣ има чада non fuit illis filius.

15) Latinorum ablat. absolutum, Graecorumque similem Genitivum, Slavus reddit Dativo: дьнюже бъιвъшю die vero exorto, ἡμέρας δὲ γενομένης.

16) Instrumentalis est proprie casus instrumenti, cujus ope quid facias: оуби єго праштеѭ и каменемь occidit eum funda et lapide. Vides plane latino et graeco more usurpari sine omni praepositione. At si de societate agatur, usurpant itidem cum praepositione съ, sicut Latini et Graeci: Іѡсифъ съ братиѭ своѥѭ.

17) Contra peculiaris est Slavo Instrumentalis pro Lat. et Graec. Nominativo secundo, praedicato primi: сѣждѫ царицеѭ и вдова нѣсмь sedeo regina et vidua non sum. Sed vides simul ex вдова nec à Latinorum syntaxi abhorrere Slavum; imo videntur Cisdanubiani hanc praeferre; illa priore, cum Instrumentali, Transdanubianis, Bohemis maxime et Polonis praeplacente.

18) Nota Slavis et Supinum esse sicut Latinis, ejusdemque plane syntaxeos: прїидеть сѫдитъ venturus est judicare. Vides etiam Latinos recentiores jam ignorare supinum, quo Graeci semper caruere. At veteres codd. Slavici diligenter observant; vigetque in hodiernum diem apud Carentanos universos, nec Zagrabiensibus exceptis, quibus tamen Dualis jam obsolescit.

19) Rectio praepositionum.

Genitivum regunt: оу apud, до usque ad, съ de, ѿ abs, изъ ex, безъ sine. Adde pleraque adverbia quae praepositionum vices agant: вънѣ foris, вънъ foras, вьрхоу supra, близъ prope, паче plus, прѣжде ante, ради gratiâ, развѣ praeter, excepto, кромѣ praeter, дѣла et дла ob, подлѣ pone, подолгъ pone (germ. längs), въмѣсто loco, вънѫтрь intra, вьслѣдъ consequenter, secundum, въскрай pone, ѡкрьстъ circum, посрѣдѣ in medio, inter, обаполъ utrinque.

Dativum regit къ ad. Itemque adverbia правѡ ex adverso, противѫ et сѫпротивъ adversus.

Accusativum regunt: объ (ѡбъ) per, sub: объ нощь per noctem, sub noctem, объ онъ полъ in altera ripa.; възъ super: благодать възъ благодать. прѣзъ per: прѣзъ вьсе лѣто per totum annum. съ significatu εἰς comparandae quantitatis: съ гърсть не имъй силъ Os. 8, 7: (εἰς) δράγμα οὐκ ἔχον ἰσχὺν. чрѣзъ (ultra), per: чрѣзъ вьсе житїе per totam vitam. Item adverbia мимѡ praeter, сквозѣ et скрозѣ per.

Localem regit praepositio при apud, juxta.

Instrumentalem regit съ cum: съ тобоѭ tecum, съ братомь cum fratre.

Plures, sicut Lat. in, sub, super etc. pro re nata casus regunt: ѡ, въ, на, надъ, подъ, прѣдъ. Nimirum seu Accusativum seu Localem ѡ et въ: да не прѣткнеши ѡ камень ногъι твоꙗ ne offendas ad lapidem pedem tuum; at възрадоуѭса ѡ тебѣ exultabo in te. въ домъ in domum, въ домоу in domo. Adde въ има εἰς ὄνομα, ubi Germanus et Latinus habent in nomine. на небо in coelum, на небесѣхъ in coelis. Et sic porro.

по praeter Acc. et Loc. etiam cum Dativo construitur: по что quare, по томь posthac, по томоуже secundum haec, κατὰ ταῦτα.

Similiter pro ratione motus aut quietis надъ, подъ, прѣдъ, за et adv. межда regunt aut Accusativum aut Instrumentalem. Imo за praeter hos duos, cum tempus indicat (latini Abl. absoluti) etiam Genitivum.

20) De syntaxi ordinis pauca addamus. Lingua slavica, cum flexione multiplici et diligenti gaudeat, vix non eâdem qua graeca et latina ordinis libertate et inversione utitur. Necessaria sic habe:

I) Conjunctiones бо, же, ли, оубѡ, et praepositiones ради, дѣла postponi: не дасть бо aut не бо даде non enim dedit; аще же si vero, хоштешили visne?

II) са Recentiores verbo suffigunt, Veteres etiam praeponere centies videas e Glagolita nostro.

III) Adverbium вмѣстѡ (loco, proprie: in locum) etiam disjungi potest ita, ut illius genitivus sit intermedius inter въ et мѣсто: око въ ока мѣсто oculum pro oculo; ubi simul vides, quam futilis sit scriptio per ѡ:

вмѣстѡ, cum въ ока мѣсто apertissime idem sit, ac in oculi locum; rideaturque jure, qui Graecorum καλῶς se putet imitari.

IV) Composita item ex ни et нѣ pronomina, praepositiones ѡ, ѿ, въ, по, на, за, къ similiter interserunt post ни et нѣ-: ни за чтоже pro за ничтоже; нѣ въ кок врѣмѧ quodam tempore. De нѣ- inseparabili desines mirari, si scias esse contractum e не вѣмь (nescio) ut adeo нѣ въ кок врѣмѧ proprie sit: nescio quo tempore. Imo et substantiva ex не composita sic invenias separata: не въ мѫдрость глаголѭ ἐν ἀφροσύνῃ λέγω in insipientia dico. не въ чьсть εἰς ἀτιμίαν. Sicque his paucis praescitis facilius reliqua ex usu ipso i. e. diligenti veterum librorum, Glagolitae e. g. nostri, et (utinam aliquando edatur totus) Ostromiriani Evangelii lectione poteris tibi comparare.

VOCABULARIUM LINGUAE SLAVORUM SACRAE.

Praemonitum. Habes hic, lector candide 1) vocabula omnia Glagolitae Cloziani explicata. Eaque nos distinximus asterisco; eoque subjecto tantum in fine vocabulis linguae sacrae etiam aliunde notis, at utrinque addito nunc primum e nostro Glagolita emergentibus. 2) Vocabula reliqua ejusdem dialecti sacrae, nonnisi simplicia, e Dobrovii et nostris collectaneis; quibus Derivata et Composita facile erit addere, sive tu ipse velis praestare, sive a nobis aut aliis expectare.

А.

А*, at, δὲ; etsi, καὶ; а не non autem.

авье* (авїе) statim, εὐθύς: авьели statimne?

агнецъ* agnus, ἀμνός. Cf. ѩгньцъ (et ягньцъ).

адамъ* Adam, Ἀδάμ: Адама. Et 764 Адама male pro: Ада; ubi nota Ада Acc. Inferni q. animati; mox habebis въ адъ inanimati.

адъ* Infernus, Hades, ᾍδης. въ адъ; въ адѣ. Adj. адовъ Inferni, τοῦ ᾅδου: врата адова; адовьнїй; адовьск. Nota ex Hade factum адъ, sine H.

азъ* ego, ἐγώ.

акрогонїеи* камень angularis lapis, ἀκρογωνιαῖος λίθος; retinuit vocem graecam. Alias камень ѫгълень quod vide.

алкати, алчѫ, -чеши, esurio, πεινάω Cf. алчьнъ.

алъгоуї* retinuit e graeco ἀλόη, inserta г epenthetica sicut in voce Eva, quae iis itidem est евга, illiusque Adj. евжинъ. Observa et о τοῦ ἀλόη mutatum in оу, nescias Slavine an ipsius Graeci illius aevi culpa; nam Graecos hodiernos notum est dicere χουδοῦνι pro κωδὼν veteri etc.

аминь* (et амнь 553 sine nota compendii), amen, ἀμήν. Observa in fine ь, non ъ; non tamen credimus sonare *n* liquata, nec quemquam in ecclesia Russum audiimus dicenamigne (gallice), sed amine. Certe ipse Ostromir аминъ scribit Cf. de hac scriptione nostras notulas p. 49 et alibi.

анѥлъ* (анђелъ) angelus, ἄγγελος. Sic et арханіелъ (арханђелъ). анђеломъ и арханђеломъ — творьць, item — господъ. Adj. анђельскыи силы 548.

анна* nom. propr. m. Annas, Ἄννας.

апостолъ* m. apostolus, ἀπόστολος: апостолоу.

арїматѣѩ* et ариматиѩ* f. nom. propr. loci: Arimathaea, Ἀριμαθαία: отъ ариматѣѩ et отъ ариматїи. Nota gr. θ redditum per т, et αι per ѣ (sicut in фарисѣй). Nota et duplicem genitivum in -ѣѩ et -їи.

арханђелъ* vide анђелъ

архереи* (lege архьерѣй) archiereus, ἀρχιερεύς: два архерѣа pro архерѣѩ.

архїепїскоупъ* m. archiepiscopus, ἀρχιεπίσκοπος: архїепїскоупа. Nota оу pro о archetypi sicut in алъгоуї.

ашютъ* in vanum, μάτην.

аще* (аще) si, ἐάν. аще не бы хотѣлъ nisi ipse voluisset; аще бы хотѣлъ si vellet; аще ли, si vero, ἐὰν δὲ; ащеликже idem.

Б.

баба 1) vetula. 2) obstetrix. 3) avia: прабаба atavia.

бавлѭ detineo.

балїй (бали*) m. medicus, ἰατρός. Proprie: incantator; Serbis hodieque бајати (pro балати?) est incantare. Hinc балъство* n. medicina, θεραπεία. Nota scriptionem балъ- pro баль.

банъ videtur contractum e боганъ, Byzantinis βοεάνος. Significatus est: satrapa aut similis muneris homo.

балѭ vide балїй.

бдѣти vigilare. — бедро n. femur.

безъ* sine ἄνευ; безъ врѣмене* parum in tempore; oppositum: въ врѣмѧ* in tempore. In compositis respondet lat. -in, gr. α-, ut:

бездѣла* (i. e. безъ дѣла) ἄπρακτος, inefficax, otiosus.

бездъна* f. abyssus, ἄβυσσος. Comp. e безъ et дъно n. fundus.

безаконье* (i. e. беззаконье) impietas, ἀσέβεια. Adj. беззаконнъ impius, ἀσεβής: безаконнъıѩ съвѣты impia consilia. Hinc Subst. беззаконникъ homo impius ὁ ἀσεβής.

безмлъвье* silentium, σιγή. Comp. e безъ et млъва tumultus θόρυβος.

безотъвѣта* (i. e. безъ отъвѣта sine excusatione) inexcusabilis, ἀναπολόγητος.

безочьство* n. impudentia, ἀναισχυντία, e безъ et око q. sine oculo, subintell. pudico, modesto.

беспрабдъı* (i. e. безъ правдъı sine justitia) injustus, ἄδικος.

бесмрьтье* (бесмрьтїе) immortalitas, ἀθανασία. Adj. бесмрьтьнъ: бесъмрътъноумоу.

безмѫжънъй мѫжъ ἄνανδρος ἀνήρ, maritus nec-maritus.

бестоудънїй* impudens, ἀναίσχυντος; бестоудьна (-ната): дрьзость бестоудънаꙗ. Hinc Subst. бестоудъность.

бесвѣдѣтель* (i. e. безъ свѣдѣтель) sine testibus, ἄνευ μαρτύρων.

безоума* (безъ оума) sine ratione, ἄνευ λόγου. Hinc Subst. безоумье* amentia, ἀνοησία. Adj. безоумнъими*, hujusque Subst. безоумникъ*: безоумниче!

безцѣнъ* inaestimabilis, ἀτίμητος acc. безцѣннаго.

бештинница* m. homo inordinatus, non servans instituta, ἄτακτος. Vides hic безъ non modo in бес sed vel in -ш mutatum ob sequentem ч; est enim compos. e безъ et чинъ ordo, τάξις. Nota acc. plur. бештинница, et шт pro щ, hocque iterum pro сч.

бештисльнъ* innumerus, ἀνάριθμος. Cf. notam ad бештинница, et jam supra ad ipsam lin. 771.

берѫ, брати lego.

берлогъ lustrum ferae. Ajunt esse Bärenloch Germ.

бесѣда* f. Germ. sermo, ῥῆμα: Instr. бесѣдоѭ.

би* vide бъı seu бъй.

бисъръ* (бисеръ) m. margarita, μαργαρίτης.

благъ, а, о*, bonus, ἀγαθός. In Comp. respondet gr. εὐ-: благовѣсть f. et благовѣствїе *n.* bonus nuncius, εὐαγγέλιον. Hinc Verbum благовѣщѫ, -вѣстиши et Freq. благовѣстоуѭ et -ствствоуѭ. благодѣть (beneficium) gratia, l. 6. male quidem pro χαράν, sed alias recte χάρις. Subst. m благодѣтель benefactor, εὐεργέτης.

благословенъ* benedictus, εὐλογημένος part. pass. verbi благословлѭ, -виши.

блаженъ* (def. -енъій) beatus, μακάριος, part. v. блажѫ: Dat.: блаженоумоу*, -ное* житье, -ни* оци, -ныимъ* оцемъ.

блато n. lutum.

блазнити, блазнѭ scandalizo.

блескъ splendor.

блеѭ balo.

близъ prope, ближнїй proximus.

блистанїе et блисцанье* fulgor. Instr. блисцанимь*.

блъха pulex.

блѣдъ pallidus.

блюѭ, блѥвати vomo, vomere.

блюдо scutella.

блюшь hedera helix.

блюдѫ custodio.

блѧдь f. deliramentum.

блѫдъ m. fornicatio (error).

блѫдникъ fornicator, πόρνος. F. блѫдница meretrix. Verbum: блѫждѫ*, блѫдити: блѫдѧщеи errantes πλανώμενοι; блѫдѧще.

бо* enim, γάρ. Etiam Slavus postponit.

бобръ m. castor.

бобъ faba.

богъ* Deus, Θεός: Gen. бога нашего; Dat.: богови et богоу; богы deos. Hinc possessivum божїй, Dei, τοῦ Θεοῦ: божи (i. e. божїи) разоумѣ Locali, ob verbum e пои compositum; божїю гнѣвоу Dativo; божїѣ (-ѧ) благодѣть; сынове божи (i. e. божїи); божїю тѣлоу жрьтвѫ приношахѫ Θεέσωμεν θυσίαν Dativus pro Genitivo, familiarissima syntaxi Slavorum; цръкъвь божїѧ

божьство divinitas (deitas) Θεότης. Hinc Adj. божьствьнъ* divinus: божьствьнаа* (-аѧ) divina (τὰ τῆς Θεότητος; божьствьнаго* богатьства θησαύρου τῆς Θεότητος. Comp. богонаоученъ* Θεοδίδακτος, at etiam sine compositione богомь наоучени Θεοδίδακτος. Nempe богооугодьнъ Θεάρεστος, deo placitus.

богатъ, а, о*, dives, πλούσιος. Radix vocis certe a богъ, sicut lat. dives a Dis aut Deus?

богатьство* divitiae, πλοῦτος (θησαυρος).

бодѫ, бости pungo (Cf. fodio).

бои pugna, derivatum a бити.

боитъ* (сѧ) timet, φοβεῖται. Nota сѧ praepositum verbi боѭсѧ timeo, φοβοῦμαι.

бокъ latus.

боле magis, μᾶλλον. болїй недѫгъ major morbus, μείζων νόσος. боле* высего есть сьмиренье братрьнье μεῖζον major. Etiam большѧ мѫкѫ majus supplicium. Adv. большѣми magis, ἐπὶ πλεῖον, μεῖζον.

болѣзнь* f. (morbus) dolor, ὀδύνη. болѭ, -ѣти, doleo; больнъ aegrotus.

боръ arbor speciei pini.

борѭ* pugno, μάχομαι; борѧ gerund. praes. pugnans, μαχόμενος. Cf. брань.

босъ nudipes.

ботѣѭ pinguesco.

боуй et боуїй μωρὸς, desipiens.

бѹкы, Genit.: боукве f. fagus; hinc et liber, et litera? cf. germ. Buch.

боура boreas, tempestas.

боучѫ strepo ut apis, quae hinc vocatur бъчела et contracte nunc пчела. Carn. per metathesin чьбела.

брада barba.

бразда f. sulcus. Male edd. russ. confundunt кразда et брозда (i. e. бръзда quod vide).

бракъ m. nuptiae.

брань* f. bellum, πόλεμος. Radix береждѧ, братися sive congregari fuerit, sive congredi. Verbum: бранѭ defendo.

брашьно* cibus, βρῶσις.

бредѫ transvado flumen. Hinc бродъ vadum, πόρος, germ. Furt.

брию tondeo barbam.

бръвь f. supercilium.

брънѧ lorica (brunia medii aevi).

бръзда camus, frenum (Gall. bride).

бръзъ et бързъ velox.

бръвно n. trabs, Carn. броунъ m.

бръдо 1) mons. 2) pecten textorius.

брошь m. rubia tinctorum. оброщити rubefacio.

броусъ cos. броусити acuere.

брьнье* n. lutum, πηλός: оу брьньѣ i. e. брьнья; al. брьнїа.

брѣгъ littus, ripa.

брѣгѫ, -щи custodio, attendo.

брѣза betula.

брѣмѧ onus.

брѧцанье* n. tinnitus, βόμβος. брѧцаньѣ pro брѧцаньѧ. Verb. брѧцаѭ, Russis брѧкаѭ, idem.

братъ* m.: братомь, et saepius братръ* m. frater, ἀδελφός: братра, братроу. Hinc Collect. братьѣ (-ѧ) et братрьѣ (-ѧ). Et Adj. братрьнь, нья, нье, fraternus, ἀδελφικός.

бьетъ* (бїетъ) a бьѭ russice, rectius бїѭ seu биѭ, percutio, τύπτω. Hinc бичь flagellum, et Germ. *Peitsche.*

бѫбьнь m. tympanum.

бѫдѫ*, ero, ἔσομαι; бѫдеши, бѫдетъ, бѫдемъ, бѫдете (dualis). Imperat. бѫди, не бѫди, да бꙑ бꙑла ut esset, да бѫ прѣстали et да бѫ оувѣдѣли ut cessarent et intelligerent. Nota бѫ pro бꙑ.

бꙑти* esse, εἶναι.

бꙑвати* soleo esse.

бꙑкъ taurus.

бѣ* fuit.

бѣгъ fuga.

бѣда* afflictio. Hinc Verbum бѣждѫ, бѣдеши affligo: ни единомоу бѣдѧщю nemine affligente.

бѣлъ albus.

бѣсъ* daemon, δαίμων; l. 205 надъ бѣсꙑ super daemones.

В.

ва, f. вѣ, dualis τοῦ азъ pron.

Вавилонъ* m. Babylon, Βαβυλών. Vides hinc, Veteres etiam Glagolitas slavice scripsisse haec peregrina, sicut Itali scribunt italice. Nota et hoc, Glagolitam non Вавилонъ scribere, ad latinam pronunciationem, sed Вавилонъ ad graecam seculi IX. Adj. вавилоньскъ на рѣцѣ вавилоньсцѣ. Nota cisdanubianam Localem in -цѣ, qui Russo fuisset -сѣ.

вабѭ вабити, invito.

вага (Wage): hinc важьнъ magni momenti et важѫ aestimo. — навада consuetudo (Carniolis). Radix вод-?

валѣѭ voluto. Simplex валѭ, валити volvo.

вамъ* Dat. pl. pronom. вꙑ; васъ Gen. Acc. Loc. Hinc possess. вашь, а, е, vester.

вапно calx.

варвара* pro Варава seu Варавѫ τὸν Βαραββᾶ. Nota, siquidem recte conjecimus Варава, jam tum Masculina in *a* terminata transire ad analogiam masculinorum; nam regularis declinatio poscit Варавѫ.

варѭ, варити frixo.

васъ vos, vestrum, Genit. et Acc. pl. pron. вꙑ.

ведѫ, вести duco.

везѫ, вести veho.

велїй, їа, їе (et Nostro вельи, лья, лье*). magnus μέγας.

велесъ m. Deus pecoris велесъ (Pan?). Cisdanubianorum велесъ confirmat nom. propr. loci Carniolae superioris; велѣсово, Germanis nunc Michelstetten (nuper) monasterium monialium.

великъ*, а, о, et великїй, аѧ, ое, magnus, μέγας.

вельбѫдъ peregrinum est, nempe goth.

Ulbandus, ipsum corruptum e gr. ἐλέφας. Slavis et Gothis est camelus, Велблѫдъ autem et верблюдъ nonnisi ulterior est corruptio ejusdem вельбѫдъ; ut frustra sit illius ad discrimen vocum κάμιλος (rudens) et κάμηλος (camelus) detorsio.
вдова vidua: вдовьць viduus.
вдодъ m. upupa.
велѭ*, лиши jubeo, κελεύω (Germ. befehlen); hinc волꙗ voluntas?
верига catena. верѣꙗ postis portae.
веселъ*, а, о, laetus, φαιδρός.
ветъхъ, а, о* vetus, ἀρχαῖος. Nota radicem eandem cum lat. vetus. ветъхꙑ законъ обетъша; ветъхꙑ дьнемъ; въ ветъсѣмь законѣ. Compos. обетъшаѭ obveterasco v. suo loco.
вечеръ* m. vesper, ἕσπερος; вечѣрꙗ coena. Hinc leviter mutatum вьчера heri, χθές; hinc porro adj. ab altera forma вьчерась (cf. дьньсь aut дьнесь) per legem euphoniae вьчерашнїй hesternus, χθεσινός.
вещь (Gl. вешть*) f. res, πρᾶγμα. Videtur a вѣтъ sermo, sicut germ. Sache a sagen, et aliorum Slavorum, Pol. nempe et Carn. рѣчь (verbum) usurpatum etiam pro re.
видъфагиꙗ*: отъ видъфагиѩ in Genitivo. Nota видъфагиꙗ pro виѳъslavice pro graeco. In Яріматѣꙗ т scribit pro ѳ. Ex utroque vides, eo tempore ѳ nil habuisse hodiernae Russorum pronunciationis ut ф i. e. f. Cf. витьлеомъ.
виждѫ*, видиши, видѣти video, ὁράω; Imp. виждь (Gl. виждъ).
вила Serbis est nymphae genus.
вилꙑ plur. f. furca, gabalus.
вина* f. causa, αἰτία.
виса*, висѧшти* ger. praes. a вишѫ, -сиши, -сѣти pendeo κρεμάομαι.
Витьлеомъ* et въ Витьлѣмї*. Nom. Витьлѣмь? Bethlehem, Βηθλεέμ.
витѧзь victor; витиꙗ orator.
вихръ m. turbo (ventus).
вихати succingo, retraho.
виѭ vico; forma II: винѫ.
влага humor. Adj. влажьнъ.
владꙑка* m. Dominus, δεσπότης, κύριος. Adj. poss. владꙑчьнїй* dominicus, τοῦ κυρίου.
власъ m. capillus.
власть* f. potestas, ἀρχή: verbum: владѫ, власти et владѣти dominor.
влъкъ lupus, λύκος.
влъна lana.
влъна* f. fluctus, κῦμα.
влъснѫштеи (ѩзꙑци) linguae balbutientes, αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι. Potius влъхвъ sit a влъснѫ, quam vice versa?
влъхвъ magus, pl. влъсви.

влѣкѫ, -щи traho.
вноукъ nepos, filii filius.
вода aqua, ὕδωρ.
вождѫ, водиши duco. Cf. ведѫ.
возъ m. currus. Cf. везѫ.
вой 1) a виѭ: повой fascia. 2) a вьѭ, ululatus. 3) вой exercitus; воевода dux belli.
воинъ* m. miles, στρατιώτης; война bellum.
волꙗ* f. voluntas, θέλημα, γνώμη. G. волꙗ pro волѩ; Acc. зълѫ волѫ pro зълѫ волѭ. Noster post consonas non amat ѭ, nec ѩ, sed ѫ et ꙗ. Ostromir est diligentior.
вонꙗ f. odor.
воскъ (Carn. воськъ; Illyr. восакъ) cera.
врабїй m. passer.
врагъ* m. (Cf. germ. warg) inimicus, ἐχθρός. Hinc вражъда* f. inimicitia, ἔχθρα. Et съвраждѫ odi, съвражьникъ inimicus (Carniolis).
вранъ niger, non воронъ quod e dialecto russica irrepsit in Biblia.
врата* n. pl. portae, πύλαι. Hinc вратьникъ* m. janitor, πυλωρός; pl. вратьници.
вратъ m. collum. (q. quod vertatur?)
врачь medicus.
връба f. salix, ἰτέα. Hinc collectivum връбїе* n. (salictum, ὁ ἰτεών) salices, ἰτέαι.
врьста series.
врътъпъ* m. specus, σπήλαιον.
врьвь f. restis. Deminutivum врьвца, non врьвица.
врьгѫ, врѣщи jacio.
врьхъ m. summitas. Verb. врьшити triturare et съврьшити absolvo.
врѣдъ noxa. Hinc lepra.
врѣди* praet. τοῦ врѣждѫ, врѣдиши, врѣдити cum Acc. noceo, corrumpo. (Graec. h. l. habet πολιορκῶ). Russis вреди per е.
врѣма*, G. -мене tempus, καιρός.
врѣѭ ferveo. Hinc варѭ coquo.
въ* in, εἰς cum Acc.: въ нь in eum, εἰς αὐτόν; въ незаапѫ ex insperato. in, ἐν, cum Loc.
Composita cum въ-:
въведе* introduxit, εἰσήγαγεν, ab въведѫ, -деши, вести.
въдати* dare, διδόναι; въдано; въдасть.
въдрѫжѫ*, зиши, зити (radix дрѫгъ contus) figo, erigo πήγνυμι. Praet. iterat: въдрѫжаашесѧ* defigebatur; крьстъ въдрѫженъ бꙑваашe*.
възьрѭ* et възирати* vide sub възъзьрѭ.
въллагалиште* n. crumena, βαλάντιον.
вънъ foras; вьнѣ foris.
вънидѫ*, деши, вънити* introeo, (ἐμπίπτω.)

вънѫтрь f. intra, ἐνδόν.
въпаде* incidit (ἐμπίπτω): въпадѫ (-днѫ), -ешн, пасти.
въпрошѫ*, сити interrogo, ἐπερωτῶ.
въпсано* part. praet. pass. verbi въпишѫ, пишеши, псати slovacice; nam Cisdanubianis radix пис- manet integra per totam conjugationem. Potuit omnino fieri, ut S. Methodius, cui nato Thessalonicae bulgarica dialectus erat vernacula, in nova sua dioecesi Pannonica non solum Pannoniciis uteretur interpretibus, sed interdum et ex parte etiam moravicis, quibus dari poterant leviores moravismi qualis est hic τοῦ псано pro писано, aut вратръ pro братъ: at гвѣзда pro звѣзда, вꙑда pro изда non item.
въпль m. clamor, ab въпиѭ hodiedum usitato Carniolis: Gl. въпьѭ.
въпьѭ* (въпиѭ) clamo, κράζω, ἐκφωνῶ. Cf. въпль.
въскочи insiliit ab въскочѫ, чити.
въходить* intrat (ἐπιπηδᾷ): въхождѫ, ходиши.
въчнетъ* incipit, ἄρχεται: въчънѫ, неши, чати. въчънъ ger. praet.
въселенаꙗ* ad verbum gr. ἡ οἰκουμένη, orbis: въселѭ, иши, ити considere facio. Cf. germ. ansiedeln.
възъ sursum, ἀνά. Composita:
възъкранитисѧ* defendere se, (κωλύειν).
възвазати alligare, ἐπιφορτίζειν.
възъвъпи* inclamavit, ἀνεκέκραξεν praet. τοῦ възъвъпиѭ*; възъвъпѣаше* praet. iterat.
въздаемъ* reddimus, ἀναδίδομεν.
въжделѣхъ* concupivi, ἐπόθησα: възъ- cum желѣѭ, -лѣеши, лѣти et д epenthetico post ж: жделѣѭ.
възьрѭ pro възъзьрѭ, et freq. възъзирати suspicio, aspicio, ἀναβλέπω.
възимѫ capio, λαμβάνω; възимааше* praet iterat; въземлꙗ* gerund. praes. възъмъ*ger. praet. a възъмѫ (jam tum); възѧшѧ* tert. plur. praet.
въскръснѫ resurgo, ἀνίστημι. Hine въскрьсенье* resurrectio. ἀνάστασις. Nota varietatem: въскрьсъшїимь de eo qui resurrexit; въскрьсъшюмоу, denique о въскрьсъшюмоу. въскрѣсное село ἀναστάσεως χωρίον. въскрѣшѫ* facio resurgere, excito, ἀνεγείρω. Cf. simplex крѣшѫ.
възлюбленꙑй* dilectus ἠγαπημένος: възлюблѭ adamo (amabo).
възможе* potuit, ἐδυνήθη. не възможнꙑй* impossibilis, ἀδύνατος.
възненавиждѫ*, -видиши, видѣти odi, μισῶ (q. d. non possum videre).
възноситъсѧ* exaltatur, ἀνυψοῦται.

въсплещи* applaude, κρότει: въсплещѫ, -скати.
въспоемъ* canemus, ὑμνήσομεν. въспой cane. въспѣша cecinere: a въспоѭ, въспѣти.
въспрѧнѫ* expergiscor, ἀνεγείρομαι.
въспѧть* retrorsum (ὕπτιοι!).
въсьѣѭ (въсїꙗѭ) affulgeo, ἀναλάμπω.
въставъшааго* τοῦ ἀνεσταμένου cum qui resurrexit, proprie въстанѫ въстати.
въстрепещѫ -петати contremisco, τρομάζω.
не въсхотѣ* noluit, οὐκ ἠθέλησεν: въсхощѫ, щеши, хотѣти.
въторъій*, аꙗ, ое secundus, δεύτερος. Hinc dies Martis vocatur въторькъ (quasi secundus hebdomadae, sicut срѣда (Mittwoch), четврьтък (quartus) dies Jovis, пѧтъкъ denique (quintus) dies Veneris. сѫбота est a Sabbato. Dies dominica Slavis est недѣлꙗ (utpote qua nefas sit laborare), dies Lunae понедѣлькъ q. qui sit post τὴν недѣлѭ въторицеѭ iterum, δεύτερον (das zweyte Mal).
отъ-връзѫ, сти aperio.
врътъ m. hortus.
вчерашьнїй, ꙗ, е hesternus, χθεσινός vide вечеръ.
вы* vos, ὑμεῖς.
выѭ, выти, ululo.
на-вык-нѫ disco Cf. оукъ, Croat. воукъ.
вымѧ, -мене uber vaccae.
выннѫ* semper, ἀεί. Hinc adj. rarum, ni plane novum *вынынъ* sempiternus, διηνεκής: вынꙗѣ памѧть.
высокъ, а, о altus ὑψηλός; compar. вышїй et вышшїй; вышїй nempe formae in їй, вышшїй vero in шїй, ante utramque radice выс-legitime mutata in выш. adv. съ выше desuper, ex alto. Adj. aliud: вышнїй*, superus; вышнее 830 i. e. вышнѣе ἀνώτερος. Compositum высопрьнь* -нꙗ, -не quasi in altum volans, superus: выс-прьнїй Ιероусалимъ.
вьсь* vicus, χωρίον. Carniolis вась Serbismo non insueto (quippe in дань pro день, Genit. свaць pro овьць etc. obvio), at Gen. вьси.
вьсь*, вьсꙗ et вьса, вьсе omnis, πᾶς. вьсь миръ* mundus, κόσμος. Hinc вьсѣкъ* (i. e. всякъ) omnis, omnigenus, ἅπας. вьсьде* ubique πανταχοῦ.
вѣглась prudens. Cf. pol. biegly?
вѣдѫште* ger. praes. plur.: вѣмь (вѣдѫ) quod vide; scio, οἶδα: вѣдать; вѣдѣхъ; вѣдѣхѫ; iterat. вѣдѣахѫ.
вѣжа f. Nestori est turris? tentorium? Carniolis вежа est quod Austriacis die Läben (Laube?) aliis Hausflur. i. e. vestibulum, ubi in angulo est focus, et unde in reliquas aedium partes penetres, si concedatur.
вѣкъ* m. seculum, αἰών; вѣчьнъ, а, о aeternus, αἰώνιος.
вѣньць*, m. corona, sertum, στέφανος. вѣньчаѭ corono, στεφανόω. вѣно dos. Utrumque a виѭ vico, sicut овѣшѫ a вишѫ.
вѧднѫ, contr. вѧнѫ, marceo.
вѣра* f. fides, πίστις: вѣрѫ дати fidem dare; вѣрѫ имѣти aut ꙗти fidem habere. вѣрьнъ, а, о fidelis, πιστός.
вѧжѫ, вѧзати ligare.
вѣтъскъи μυθικῶς a вѣтъ m. μῦθος, fabula. Notiora sunt Composita: отъвѣтъ* responsum, завѣтъ foedus; ipsaque вѣщь* res, cujus ulterius derivatum est обьщь* res publica, et adj. обьщьнъ* publicus, hincque обьщина* f. communio, κοινότης.
вѣтвье* n. coll. rami, virgulta, κλάδοι, a вѣтвь f. ramus, κλάδος. Cf. вѣꙗ ramus, κλάδος hodieque usitatum Carniolis.
вѣѭ 1) flo; 2) ventilo.

Г.

гав-, radix τοῦ огавїе molestia.
гадъ reptile, гадити vitupero.
гай nemus.
ганати proponere (aenigmata?): гананїе; huc Carn. оуганька f. aenigma et оугнити solvere aenigma.
гасити (гашѫ) restinguo (ignem).
гвоздь* m. clavus, ἧλος: гвоздїе et гвоздїй haereas utrum pro *m.* habeas a гвоздь, an pro *n.* a гвоздїе collectivo; grammatica utrumvis probante.
глава* f. caput, κεφαλή: до главы* in capitis discrimen.
глаголѭ*, лꙗши, лати dico, λέγω. глаголъ m. sermo.
гладъ m. fames.
гласъ* m. sonus, vox, φωνή. Hinc гласоуѭ* -совати freq. clamo (φωνέω? neograece φωνάζω).
глезна (глѣжьнь f.) talus.
глина limus.
глиста lumbricus.
глоба multa. глоблѭ multo.
глогъ m. crataegus: глоговина etc.
глодати, гложѫ rodere.
глоумитисѧ exerceri.
глоупъ stolidus.
глоухъ surdus.
глътити glutio.
глѫбокъ profundus. Hinc subst. глѫбина, -бокость, -боща. Et quidni etiam глѣбнѫ coeno inhaereo et глъбина?
глѧдѣти specto; Durat.: глѧдати.
гнати agere cf. женѫ et гонѭ.
гнида lens, -dis.
гниѭ putresco; гной fimus.
гноусъ m. fastidium.
гнѣвъ* m. ira, ὀργή.
гнѣдъ fuscus.
гнѣздо n. nidus.
гнѣтити (гнѣщѫ) accendo ignem.
гнѣтѫ, гнѣсти premo.
гобьзъ uber. Cf. goth. gabigs.
говѧдо n. pecus bubulum, Germ. Rind. Cf. Germ. Kuh, angl. cow.
говоръ* m. tumultus, θόρυβος; sermo. Hinc говорѭ loquor: поговоръ, наговоръ, прѣдъговоръ etc.
говѣнье* reverentia, (ἐπιείκεια); говѣти revereri. Radicem mireris a Dobrovio p. 192 collatam cum τῷ говѧдо pecus!
годъ tempus; anniversarius dies.
годѣ adv. volupe; hinc оугодити комоу probare se cui, acceptum reddere.
гонити sagino.
голъ nudus.
голѫбь, m. columba. Cf. rhinesmum.
гомила cumulus.
гоньзнѫ salvor (a germ. genesen?)
гонѧ* ger. praes. verbi гонѭ, гонити concito, agito, ἐλαύνω. Cf. женѫ, гнати perfectivam formam.
гора* f. mons, ὄρος.
гораздъ peritus. Cf. nom. propr. slavici S. Methodii in Pannonia discipuli et destinati successoris Gorasdi Archiepiscopi; locumque in Bosnia горажде.
горькъій*, аꙗ, ое amarus, πικρός; горькость amaritudo.
горе vae. Comp. горьше pejus.
господь* dominus, κύριος. (Etymologice convenit cum gr. δεσπότης). Nota lin. 755 Genit. господи, itemque 681 Loc. господи, et 51 ipsum consentaneum Genit. господѣ (i. e. господꙗ), penes magis obvium господи. Hinc Adj. possess. господьнь*, нꙗ, не Domini, τοῦ κυρίου; itemque alterum господьскъій, аꙗ, ое.
гость hospes, germ. Gast.
готовъ, а, о paratus, ἕτοιμος, cui affine est готовъ. Hinc verbum готовлѭ* paro, ἑτοιμάζω: iterat. praet. готовлꙗахѫсѧ parabant se.
граблѭ, бити rapio.
грабъ et габръ carpinus.
градъ* m. urbs, πόλις. 2) grando. Nota градъ i. q. grando, at sine rhinesmo.
гракати crocitare.
грань terminus; hinc граница germ. Gränze et eccl. грано, -есе acrostichis.
грана ramus.
грахъ pisum.
гребѫ remigo. 2) погребѫ sepelio.
гробъ* m. sepulcrum, τάφος.
грохотати cachinnari.

гроздъ m. uva. гроздїе n. Collect. uvae.
грозити minari. грозьнъ ingens.
гроубъ (germ. grob) crassus.
гроуда gleba. гроушка pirus et pirum.
гръбъ gibbus.
гръдыни* f. superbia, τύφος. гръдъ superbus.
гръкъ m. Graecus. Adj. гръчьскыи.
гръло n. guttur. hinc гръличица turtur, et гръличишта* dual. τοῦ гръличищь m. (non горличище n. ut habet Alexiejevius), pullus turturis, τρυγών.
грамада rogus.
гръмлю, мѣти tono: громъ tonitrus.
грънцы olla. грънчарь figulus.
грьсть pugillus.
гртань m. guttur.
грызж, грысти mordeo.
грѣхъ* m. peccatum, ἁμάρτημα; грѣшьнъ peccaminosus, грѣшьникъ peccator.
грѣж calfacio cf горѣж.
градж venio, ἔρχομαι.
грязъ m. coenum.
грязнж mergor (coeno)
гоубитель* m. exterminator, ὁ ὀλεθρεύων. At 824 τύραννος, loco male intellecto. Radix est гоубити perdo, ὀλεθρεύω.
гоумно area.
гоущеръ lacerta.
гыбнж pereo cf. гоублж perdo.
гжба spongia.
гжгнивъ γογγύζων, μογιλάλος, blaesus.
гжсь f. anser. гжсеница bruchus.
гжсли* f. plur. fides, κιθάρα. Cf. carn. gósli, et pol. gęsli, cum reliquorum Slavorum гоусли; quam vocalem et Poloni imprudentes adscivere in peregrinis guslarz etc. Verbum est гждж, гжсти fidibus ludere.
гжстъ densus.

Д.

Да ut, ἵνα.
давидъ* m. David, ὁ Δαυίδ. Adj. Давидовъ, а, о.
давлж, давити suffoco.
давѣнъ qui olim fuit.
далече* longe, μακράν. Comparat. дальнее longius*, (μακρότερον).
даръ* m. donum, δῶρον. Freq. даръствоуж dono.
оу-дарж percutio.
дати* dare, διδόναι. Imperat. дадите*. Iterat. даяти* (даяти) χαρίζομαι, praet. даяше (даяше).
два et дъва* duo, δύο. Adj. двои* людие bina hominum genera.
двигнж moveo. подвигъ m. certamen, ἀγών.
дворъ m. aula.
двьри* f. plur. fores, θύραι. At врата* sunt πύλαι.
деверь levir, vide utrum ad дѣверь pertineat, an sit peregrinum, indicum, lat. levir cognatum.
девать novem.
дебелъ, crassus.
день vide дьнь.
держ, дрѣти excorio. Cf. gr. δέρω cum hoc держ et cum оударяж. Huc драчїе vepres?
дивъ* m. res mira, θαῦμα. Adj. дивьнъи mirus, θαυμάσιος.
длака f. villus.
длань f. vola manus, hir, θέναρ.
длъбж, дльбсти γλύφω, sculpo. An huc длѣто scalprum?
длъгъ debitum. Hoc a nobis mutuati Gothi fecere dulgs, more germanico, consonas relinquente fini, quas Slavus mavult profligare prius, ut postea in vocales desinat commodius. длъгъ Boh. est dluh.
длъженъ, жьна, жьно obstrictus, obligatus: длъжьни сжть debent.
дъно n. fundus.
до usque ad, ἕως: до главы usque ad capitis discrimen, περὶ τοῦ ζῆν.
